U d'/of OTTAWA
39003011248472

MÉLANGES

THÉOLOGIQUES

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS SUR LES QUESTIONS
LES PLUS INTÉRESSANTES

DE LA THÉOLOGIE MORALE ET DU DROIT CANON;

PAR

UNE SOCIÉTÉ D'ECCLÉSIASTIQUES.

T
8E
10

NOUVELLE ÉDITION REVUE ET CORRIGÉE.

V

CINQUIÈME SÉRIE.

ANNEXE DE LA BIBLIOTHÈQUE
Universitas
BIBLIOTHECA
Ottaviensis
uOttawa
LIBRARY ANNEX

PARIS
LIBRAIRIE DE P. LETHIELLEUX,
Rue Bonaparte, 60.

TOURNAI
LIBRAIRIE DE H. CASTERMAN,
Rue aux Rats, 11.

H. CASTERMAN
ÉDITEUR.
1859

BX
1758
.M427
1859
v.5

MELANGES THEOLOGIQUES.

5me Série. - 1er Cahier.

4963

VINDICIÆ ATQUE POSTILLA

IN SYSTEMA MORALE S. ALPHONSI DE LIGORIO,

PRO DELECTU OPINIONUM QUAS LICITE SECTARI POSSUMUS.

SUMMARIUM.

N. 1. Scopus et methodus scripti. — 2. Systema S. Alphonsi. — 3 et 4. Status quæstionis. — 5-10. Impugnatur Tutiorismus. — 11. Discrimen dubium inter et opinionem, legem incertam et legem dubiam. — 12-15. Quid in systemate S. Alphonsi sit opinio intrinsece probabilis, sufficiens ad operandum. — 16. Probabilitas non est restringenda ad dubia publica. — 17. Non excludit formidinem de opposito. — 18. Notanda quoad quæstiones facti. — 19. Sufficit, quamvis sit a sola ratione. — 20. Etiam sufficit probabilitas non impedita. — 21. Quid de probabilitate extrinseca. — 22 et 23. Diluuntur objectiones. — 24. Argumenta quibus S. Lig. probat licitum esse sequi opinionem probabilem. — 25. Restrictio ab ipsis Tutioristis suo systemati apposita. — 26-28. Limitatur probabilismus. — 29-32. Limitatur propositio damnata ab Innocentio XI. — 33-38. Exponitur quandonam liceat usus opinionis probabilis probabilitate facti. — 39-41. Rejicitur probabilismus laxior. — 42. Rejicitur probabiliorismus. — 43. Regula pro solvendis dubiis ad casum certæ et legitimæ possessionis indebite applicatur. — 44. Limitatur eadem regula. — 45. De quo dubio agatur. — 46. Traduntur 2 regulæ, ex quibus dignosci possit pro qua parte stet præsumptio. — 47. 1a Regula a S. Lig. applicatur dubiis juris. — 48. Idem dubiis facti; sed distinguendæ sunt variæ species facti. — 49-58. Juxta varias illas species applicatur 1a regula. — 59-62. 2a regula applicatur. — 63. An S. Lig. sibi semper constet? — 64. Quid resolvendum de testamento debitis solemnitatibus destituto? — 65 et 66. Notanda circa usum præfatarum regularum (1).

§ I. *Scopus et methodus hujus scriptionis.*

1. Mens nobis est brevi dissertatione exponere universum formandæ conscientiæ systema S. Alphonsi, tum in solvendis *dubiis* moralibus, tum etiam in sequendis opinionibus *proba-*

(1) Il est assez difficile de se faire une idée exacte du système de S. Alphonse de Liguori. C'est le plus souvent dans les applications à des

bilibus; idemque vindicare, non dicam ab injuria et scommate, quibus jam nemo probus illud ausit afficere, sed ab hallucinatione quorumdam ac trepidatione, qua TUTA verentur. In hac autem nostra lucubratione, non adeo inhærebimus methodo, qua (lib. I, in suo *de conscientia* tractatu) ipsemet S. Doctor in proponenda et defendenda sententia sua usus est; sed potius doctrinæ ipsi, quam totam, in decursu magni operis moralis, expressit clarius pro praxi, quam in systema scientificum redegit. Enimvero, sacra reverentia tanto Doctori debita, systema S. Alphonsi, qua *scientificum*, prout ab ipso elaboratum est, et lacunas habet, et ad has cumulandas præposteris quoque applicationibus laborat : id quod suo loco indicabitur. Præterea nec sua cuique principio subalterna materia ubique substat; nonnulla propria sede mota sunt; et generatim totius systematis fundamento firmissime stabiliendo plus curæ impensum, quam variis ejus partibus rite coordinandis. Atque hæc quidem nescio an mirari quis possit in sanctissimo viro, sanæ morum praxeos præ cæteris sollicito, et sacri ministerii laboribus aliisve negotiis indesinenter occupato.

§ II. *Generalis delineatio systematis S. Alphonsi.*

2. In antecessum vero juverit adnotare, universum systema morale S. Alphonsi, in casibus *dubiis* atque ubi lex *certa* non agnoscitur, his tribus thesibus contineri:

cas particuliers qu'il faut rechercher les principes suivant lesquels il décide les questions douteuses. Or, un tel travail n'est possible que pour un petit nombre d'ecclésiastiques. C'est pour venir à l'aide de tous et leur indiquer brièvement les règles que suit le S. Evêque dans la décision des cas particuliers, pour tracer le système qu'il avait adopté en théologie morale, qu'un professeur de cette science a daigné nous communiquer le travail que nous publions aujourd'hui. L'importance du sujet est tel qu'il nous paraît inutile d'attirer l'attention de nos lecteurs sur cette dissertation. Ils y trouveront une doctrine claire, exacte, et une connaissance profonde des œuvres du S. Docteur.

Prima opponitur *tutioristis*. — LICET homini sequi opinionem faventem libertati, quando hæc est *probabilior*.

Secunda opponitur *probabilistis laxioribus*. — HOMO DEBET sequi opinionem faventem legi, si hæc sit *probabilior*.

Tertia opponitur *probabilioristis*.—HOMO NON TENETUR SEMPER sequi opinionem severiorem, seu faventem legi, quando hæc benigniorem, seu faventem libertati, probabilitate non superat; vel non superat *certo* et *notabiliter;* verum, siquidem eo in casu, proprie loquendo, in *dubio* versetur, potest uti regula ad solvendum dubium idonea, et quoties præsumptio possessionis stat pro libertate, jus libertatis suæ tueri.

§ III. *Status quæstionis.*

3. Omnis igitur disputatio hæc versatur circa media acquirendi certitudinem moralem (quæ quidem, nemine contradicente, ad honestatem actionis semper est necessaria), in omnibus iis casibus, in quibus lex, ad quam casus refertur, incerta vel obscura est; aut in quibus objectum ipsum actionis incertitudinem vel obscuritatem habet, vel cum iis conjunctum est, quæque lege ipsa, ad quam actio spectat, non potest dirimi aut elucidari.

Nam quicumque rerum humanarum non nihil experientiæ habeat et in scientia morali vel mediocriter sit versatus, is profecto novit, plurimos atque infinitos propemodum casus occurrere, in quibus legum obligatio dubia sit vel incerta: modo enim non constat satis de mente legislatoris, vel sensus legis obscurus est; modo circumstantiæ tam variæ, ut ejus applicatio fiat perquam ambigua. Idcirco libri morales omnes, moderni ut antiqui, redundant dubiis et disputationibus, animis Doctorum in diversa distractis et contraria opinantibus. Suam interim quisque sententiam ita probat, tam validis munit argumentis, ut, ubi suprema Ecclesiæ auctoritas non intercesserit, vel communem demum assensum

sententia aliqua sensim nacta non fuerit, opiniones recta oppositæ, jam longo sæculorum tractu, æquo verisimilitudinis gradu consistere ac porro etiam mansuræ esse videantur.

4. Jam, quum homo obnoxius legi vivat, eamque, seu naturalem, seu divinam, seu humanam, servare prorsus teneatur, fieri quidem non potuit, quin inquireretur ac determinaretur, quid, ubi lex aut *incerta*, aut *dubia* est, facere ille posset vel deberet. Procedit autem hæc quæstio, ut sponte intelligitur, intra proprios suos terminos, id est, de sola honestate actionis præcise respectu istius legis dubiæ aut incertæ; quin ex alia quadam lege obligatio certa oriri supponatur.

§ IV. *Refellitur tutiorismus.*

5. Fuere qui acerbius, quam par est, pro legis jure dimicaverint, statuentes ad probandam non-existentiam legis, requiri semper moralem certitudinem, nec libertati pro suo jure tuendo prudentem *opinionem*, nedum *dubium*, sufficere : ab his non hortando ad tutiora sectanda excitata generosa voluntas, sed præcipiendo incussa dura necessitas, atque ad salutem semita non solum arcta, sed fere inaccessa reddita est.

6. Hæc porro sententia, si fides Terillo, S. J., in præfatione Operis, *de sufficienti ad conscientiam rite formandam regula*, una cum Jansenismo nata est, imo aliam matrem non agnoscit quam ipsam hæresim jansenianam. «Nam primi »asseclæ et evulgatores Jansenismi ideo, inquit, ceciderunt hanc »opinionem, ut suos errores, sub prætensa veritatis specie, »ignorantibus facilius obtruderent : Quum enim hæresis jan»seniana doceat, aliqua Dei præcepta esse hominibus justis »impossibilia, *idque ex eo potissimum probare contendant* »*Jansenistæ*, quod Deus stricte exigat, ut homines omnia »naturalia præcepta sub pœna damnationis æternæ *re ipsa* »impleant; inde statim inferunt, ignorantiam, etsi invinci-

»bilem, neminem excusare a peccato, si tamen quidquam re »ipsa sit et fiat contra legem naturæ; adeoque nec ullam pro- »babilitatem posse sufficientem excusationem adferre, modo »quis re ipsa erret et ponat illud, quod Deus lege naturæ »vetuit. Ecce Jansenismus *necessario* infert, probabilitatem »non excusare a peccato, saltem circa illa objecta, quæ jure »naturæ sunt prohibita! Proinde recte dictum est, hanc sen- »tentiam aliam matrem non habere, quam hæresim janse- »nianam. Nempe Jansenismi evulgatores, quum viderent »sua dogmata admitti non posse, nisi simul concedatur, »opinionem probabilem non excusare a peccato, simulque »scirent, contrariam sententiam, ut certam, ab omnibus »scholis esse receptam, cœperunt usum probabilitatum »duplici nomine criminari: primo, quod qui probabilitatem »sectatur, si erret in suo judicio, necessario peccet; secundo, »quod nemo per opinionem possit esse tutus, quia formidat »et formidare debet, ne Deum offendat. Hæc autem, quum »apud ignorantes et inscios modi, quo conscientia ultimo »formatur, plausibilia viderentur, ideo præ aliis evulgata »fuere, ut homines jam alienati a priori persuasione, facilius »admitterent doctrinam, quæ aliter admitti non poterat, »quam priori persuasione damnata. Atque ita Jansenistæ »fuco ornarunt turpem filiam, ut homines minus aversa- »rentur turpissimam matrem. Theses ferme quotidie, aut »censuræ vel etiam opuscula, contra communem sententiam »prodibant, quibus illa non solum apud studiosos adole- »scentes, sed etiam apud imperitum vulgus, ipsasque feminas, »tamquam animabus perniciosa et præ nimia laxitate haud »ferenda audiebat. » Hactenus Terillus. Quibus addidero, vitium capitale Jansenismi, atque adeo *tutiorismi*, in eo situm esse, quod in præsenti rerum ordine, post hominis lapsum, neque veram agnoscat indolem moralis certitudinis, neque veram positionem seu obligationem hominis respectu ad voluntatem Divinam: quo fit, ut dupliciter peccetur

contra sana *Anthropologiæ Christianæ* principia. Cæterum evidentem hic error cum placitis impiissimi Lutheri habet affinitatem, dum hominem per peccatum supponit tantopere vitiatum, ut frustra quidquam vel veri vel boni ab eo possit exspectari; Deum autem non considerat nisi ut Dominum, dixeram fere tyrannum, τὸν παντοκράτορα (qua appellatione Jansenistæ mire delectantur); non item ut Patrem, qui compatiatur infirmitatibus humanis.

7. Quodsi quis, præter Terillum, alium in hac causa judicem appellet, produco virum consultissimum atque integerrimum, *Alph. Muzzarelli*, *de regula moralium opinionum pro confessariis* e quo opusculo lubens agnosco me hoc § multa ad rem pertinentia esse mutuatum : « Ante »omnia, inquit ille, opus est, ut regula, qua dirigamur in »obscuris et incertis, sit in praxi *tuta*. Quum autem dico »*tuta*, intelligo, quod talis sit, quæ non exponat hominem »periculo culpabilis sive *formalis* transgressionis in legem. »Hoc enim omnes leges exigunt, ut nemo in eas culpabiliter »offendat; ideoque divinæ leges pœnas decernunt in eos »transgressores, quorum culpa sapientissimis Dei oculis »manifestatur; humanæ autem leges pœnas statuere in reos »aut vere tales, aut saltem præsumptos, quum non possit »internos animi actus humanus legislator introspicere. Si quis »autem talem regulam exquireret, quæ ab omni prorsus »periculo, non solum formalis, sed etiam *materialis* trans»gressionis semper averteret, is non simpliciter tutam, sed »*tutiorem* regulam exquireret, quæ viam salutis redderet non »modo arctam, sed etiam humanis viribus imperviam : tene»remur quippe ad jejunandum et restituendum, quæcumque »formido occurreret de obligatione jejunii aut restitutionis »et similium (1); ideoque ab Alexandro VIII, merito pro-

(1) Videbimus tamen infra (num. 25), non omnes hanc odiosam sententiam intra eosdem angustos limites concludere.

»scripta fuit tertia illa (inter 31) propositio, quæ sic habet: »*Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilis-*»*simam* (1). »

8. Adversatur nimirum hujusmodi doctrina principiis *certis* prudentiæ et honestatis: « Certitudo enim, ut docet »D. Thomas, non est similiter quærenda in omnibus, sed in »unaquaque materia secundum proprium modum; quia vero »materia prudentiæ sunt singularia contingentia, circa »quæ sunt operationes humanæ, *non potest certitudo pru-*»*dentiæ tanta esse, quod omnino sollicitudo tollatur.* » 2, 2, qu. 47, art. 9, ad 2. Idem repetit ead. parte, qu. 70, art. 2, in c. « In actibus humanis (super quibus constituuntur »judicia) non potest haberi certitudo demonstrativa, eo quod »sint circa contingentia et variabilia, et ideo sufficit *probabilis* »certitudo, quæ in pluribus veritatem attingat, etsi in pau-»cioribus deficiat. » Cui consonat quod scribit S. Antoninus part. 1, tit. 3, cap. 10, § 10 sub finem: « Notandum, inquit, »secundum Cancellarium (Gersonem), quod certitudo, quæ »requiritur in materia morali, non est certitudo evidentiæ, »sed *probabilis* conjecturæ... Non enim consurgit certitudo »moralis ex evidentia demonstrationis, sed ex probabilibus »conjecturis grossis et figuralibus, magis ad unam partem, »quam ad alteram se habentibus. Dicitur autem probabile, »quod pluribus et maxime sapientibus apparet verum. Ex his »igitur sequitur, quod in humanis agibilibus... sufficit talis »certitudo, quæ non semper scrupulos omnes abjiciat. » Ibidem paulo ante dicit, posse aliquem agere secundum opinionem probabilem, « modo habeat rationes probabiles »magis pro re ipsa, quam pro opposita opinione. » Et iterum paulo post: « Dummodo talis opinio non sit contra auctori-tatem expressam Scripturæ... et quod ex contrarietate opi-»nionum, non inducatur ad dubitandum; sed bonam sibi

(1) Opusc. Tom. 4, pag. 250, édit. Bruxell., 1837.

»conscientiam et credulitatem formet de eo, quod credit »tamquam de probabiliori parte. »

9. Adversatur item tutiorismus idoneitati humanæ naturæ in præsenti conditione, nec non voluntati Divinæ : etenim quum lex, juxta eumdem D. Thomam, 1, 2, qu. 90, art. 4, sit atque esse debeat *ordinatio rationis ad* BONUM COMMUNE, legem tutiorismi, quæ, contra bonum communis salutis, vim inferret, et circa præceptorum observantiam plus præstaret incommodi quam commodi, a sapientissimo et benignissimo Deo decretam atque hominibus impositam fuisse, sine injuria ipsius Dei supponi nequit, quin vel suspicari nefas est. Quis enim non videat per talem obligationem formalia multiplicari peccata, et innumeras anxietates, scrupulos, dubia et difficultates oritura in officiis, contractibus, vitæ quotidianæ negotiis, directione propriæ conscientiæ et alienæ, hominesque ad desperationem adactum iri? Frustra proinde sunt, imo etiam contumeliosi in Dei tum sapientiam, tum bonitatem, quotquot absolutum tantummodo ejus in creaturas dominium extollentes, et perfectionem primævæ conditionis, quando nulla futura erat ignorantia, hominem ajunt hanc legem sua culpa vel meruisse vel incurrisse.

10. Cæterum, quemadmodum infallibili Ecclesiæ oraculo hæc lex tutiorismi existere negatur (propositione supra damnata), ita et constanti ipsius praxi repugnat, ac praxi similiter proborum et sapientiorum hominum in Ecclesia. Et vero, licet multa sint, quæ tutius est facere, simul tamen tutum est, non se credere obligatum ad ea facienda, nisi moraliter certo constet de tali obligatione, quin hoc omnino tutius est : qui enim adstruit obligationem, exponit hominem periculo peccati formalis, quia, ut optime notat *Scavini* (1), experientia docet contingere sæpius, ut miseri homines, hac audita doctrina, credant vel saltem dubitent inesse culpam

(1) Tom. I, pag. 90, ed. Bruxel.

mortalem, ubi non est, et ex conscientia erronea mortaliter peccent ac damnentur : quapropter celeberrimus quoque cardinalis *Pallavicini* sic scribebat : « Si induceretur opinio, »quod semper teneremur facere actionem, quæ securior est »etiam a transgressione materiali, hæc opinio non esset tutior, »sed maxime exposita periculo transgressionis formalis; quare »tutior est opposita (1). » Itaque advertere licet, quam sit mendax et fallax illud *tutiorismi* nomen, quo rigoristæ gloriantur : nam imprimis si spectetur ut lex generaliter obligans, non minuentur, sed augebuntur numero peccata, ejus occasione; quatenus vero, in quovis particulari casu, ut regula recte formandi conscientiam consideratur, incertissima ea norma est et fallacissima ad assequendam veritatem : quum enim veritas hic consistat in prohibitione aut permissione alicujus actionis, et tutiorismus semper prohibitum supponat, quod tamen potest esse et est sæpe permissum, non solum a veritate declinat, sed etiam ad falsum inevitabiliter sæpe inducit.

Adde demum in hac sententia prorsus inutile fieri omne studium theologiæ moralis, ut sententiæ veriores inveniantur; et frustra congeri argumenta ad eas stabiliendas, siquidem plerumque demonstrativa non sint ; frustra etiam ab indoctis doctos consuli, an hoc vel illud sit licitum : nam ante omne studium et consultationem fixum ratumque erit, a minus tutis, si liquido certa non sint, esse abstinendum. Quid, quod etiam, tamquam scandalosos, prohiberi oportebit ac damnari scriptores morales vix non omnes, ipsosque Ecclesiæ SS. DD., Thomam, Bonaventuram, Antoninum, aliosque?

11. Antequam vero sanam doctrinam ulterius explicemus, apprime hic distinguendum est inter legem seu obligationem *incertam* et *dubiam :* dubia tibi est lex, quando et quamdiu intellectus anceps hæret et fluctuat, suspendens assensum

(1) Cfr. *Mor. syst.* S. Lig., n. 83.

circa *utramque* partem contradictionis; incerta est, quando intellectus *uni* parti assensum præstat, non illum firmum et absque ulla oppositæ partis formidine, qui facit certitudinem moralem; sed probabilem, opinativum, et prudentem quidem, sed tamen cum formidine seu sollicitudine partis oppositæ. Ex quo infertur, in terminis doctrinalibus, rigorose differre *dubium* ab *incertitudine* (quamvis extra materias doctrinales promiscue usurpari soleant; imo hinc inde S. Alph., legem *dubiam* vocet, licet contra se habeat opinionem probabilem vel etiam probabilissimam. (*Morale syst.*, n. 82) (1) : etenim id incertum est, quod non est certum; ideoque etiam opinio conjungitur cum incertitudine, quia ubi est opinio, non adest certitudo; multo magis autem cum incertitudine conjungitur dubium. Attamen ex dictis *opinio* non conjungitur cum *dubio;* alias sequeretur hoc absurdum, quod assensus intellectus pro una parte contradictionis conjungeretur cum suspensione assensus pro *eadem* parte. Jam vero observandum est, nos hoc paragrapho, adversus tutioristas, tantum agere de lege seu obligatione *incerta*, acturos de *dubia* in tertia thesi (Infra § V, n. 42, seq.).

Neque attingimus hoc loco litem, quæ fervet inter ipsos adversarios tutioristarum, quali scilicet seu quanta probabilitate opinio, in concursu cum alia probabili, gaudere debeat, ut eam in favorem libertatis sequi cuique fas sit. Dividuntur, ut notum est, in *probabilistas* et *probabilioristas*.

Illi statuunt, semper licitum esse sequi opinionem benigniorem, tametsi *minus probabilem;* hi vero tantum id licitum dicunt, quando illa opposita pro lege est *probabilior*. Visum est autem S. Alphonso cum probabilistis, qui dicuntur moderati, in utroque hoc systemate, libertatem inter et legem inæqualem juris partitionem fieri, id est, jus

(1) Vel dubia lex dicitur *objective*, quamvis *subjective* de ea jam non dubitet is, qui probabiliter opinatur.

seu veritatem, quæ utrique systemati subest, pro una parte, in præjudicium alterius, urgeri nimis et exaggerari : a probabilistis quidem jus libertatis, in præjudicium legis; a probabilioristis vero jus legis, in præjudicium libertatis. Quare, quantum utrique tutioristis opponuntur, probat illorum sententiam; quantum dein sibi invicem adversantur, neutris assentit.

Cæterum late S. Alphonsus extendit limites dubii : nam quandiu opinio aliqua non est *certo* et *notabiliter* probabilior, rem sub dubio habendam dicit, vel forti suspicione ; non sub opinione, quæ servire possit aut debeat pro regula agendi ; quando autem est *certo* et *notabiliter* probabilior, haberi potest, in præsenti quæstione, pro morali aut quasi morali certitudine.

12. Ut autem pateat, quænam ei notio sit opinionis probabilis, quæ sit tuta regula agendi, sciendum est, non aliam hoc nomine ab ipso donari, quam quæ et bonis rationibus suadetur et gravi auctoritate firmatur. Vid. *Morale systema*, n° 83. Hinc provide monet solo aliorum, quamvis plurimorum, verbo non esse amplectendam opinionem minus tutam, quando convincens ratio aliqua pro tutiori occurrit; modo tamen (quod subjungit) auctoritas non sit tanti ponderis, ut ei magis, quam rationi apparenti, deferendum sit, juxta id quod docet S. Thomas : « Aliquis parvæ scientiæ magis »certificatur de eo, quod audit ab aliquo scientifico, quam »de eo, quod sibi secundum suam rationem videtur. » 2, 2, qu. 9, art. 8, ad 2. — Excipiendum est etiam, si quæstio ejusmodi sit, ut magis vel unice ab auctoritate seu aliorum testimonio pendeat, non ita a ratiocinio : exemplum vide lib. IV, n° 112, quær. 3. § *Secunda vero sententia*, ubi ob solam auctoritatem DD. *probabile* reputat legem non fuisse receptam. In eo tamen casu, ut clarum est, si testes testibus opponantur, ii qui libertati suffragantur tot aut tales esse debebunt, ut non obstante aliorum contradictione sententiam

suam vere probabilem efficiant. Unde si, v. g., contra decem testes fide dignos, stantes pro affirmativa, puta quod hodie indictum sit jejunium, duo aut tres, pariter fide digni, stent pro negativa, in hoc tam dispari testium ejusdem meriti vel auctoritatis concursu, si quis e dubietatis finibus excedendum sibi esse judicet, non negativam, sed affirmativam probabilem habere poterit. Cfr. S. Th. 2, 2, qu. 70, art. 2.

13. Nunc vero accuratius etiam exponendum est, quid, ubi et auctoritate et ratione simul res agitur, in systemate S. Alphonsi decidendum sit, quando ratio vel auctoritas *magis* suadet unam sententiam præ alia. Et primo quidem, quod attinet ad præponderantiam *rationis*, S. Doctor non est ex numero istorum, qui in rebus moralibus, ut quis tuta conscientia deliberet, omnes illos intermedios gradus, qui existere possint inter dubium et prudentem opinionem, distinguendos, mensurandos et attendendos esse doceant, nullum hoc pacto invenientes finem speculativis disputationibus et practicæ incertitudini ac perplexitati; siquidem gradus illi non consistant in indivisibili, et supremum infirmi attingat infimum supremi, atque in suis limitibus unus ab altero vix queat discerni.

Igitur vel excessus probabilitatis inter utramque opinionem est modicus aut incertus, vel certus et magni momenti. Si prius, neutra ex hoc capite fiet probabilis, sed dubius inter utramque hærebit deliberans : modica enim aut incerta illa seu dubia præponderantia facillime est apparens tantum, et versatilis et fallax; ideoque ob illam nemo poterit prudens judicium formare de veritate aut falsitate, sive unius sive alterius opinionis. Si vero excessus probabilitatis pro una, non jam sit dubius, sed certus, ac simul magni momenti seu notabilis, tunc vix ac ne vix quidem futurum est umquam, ut in praxi subsistat apud intellectum suasio rationum pro contraria sententia : magna enim illa seu notabilis ac certa præponderantia rationum pro una sententia aufert ab intel-

lectu gravitatem pro altera, atque hanc efficit non solum minus gravem, sed etiam levem, imo improbabilem. Quo fit, ut omnis inter utramque comparatio evanescat : nam si posterior mihi non probabilis, sed improbabilis sit aut fiat ; prior respectu istius non probabilior, sed simpliciter et sola probabilis dicenda erit : hinc omnis ea de re disceptatio magis grammaticalis, quam logica aut theologica videtur : intellige quæstionem illam, quæ, ubi duæ opiniones contradictoriæ sibi mutuo opponuntur, supponit utramque simul vere probabilem haberi posse, ita tamen, ut una sit multo probabilior. Hujus autem hypothesis abusum probabilioristæ ut excluderent, requisiverunt notabilem probabilitatis excessum pro opinione, quam, in eo conflictu, in favorem libertatis sequi liceret ; verum nonnulli hac occasione ultra, quam par erat, progressi, tot ac tantas numerarunt dotes, quibus ad gradum constantis solidæque probabilioritatis debeat opinio ascendere, ut a probabilissima vel moraliter certa jam non distare videatur. Cæterum S. Alph. manifeste et recte tenet, controversiam esse de subjecto non supponente ; neque de eo dubitari posse videtur in ejus systemate.

Scio equidem utramque contradictoriam sententiam ex diversis principiis seu fontibus rationem, qua stabiliatur, haurire, atque adeo rationes utriusque heterogeneas esse posse, et has non tam facile sese mutuo elidere, quam ubi homogeneæ sint : haud dubie non elident directe neque tam perfecte ; at nihilominus, ubi una a ratione sibi intrinseca est *certo* et *notabiliter* probabilior, elidet rationem intrinsecam alterius indirecte atque imperfecte, eousque saltem, ut hæc jam prudenter vera existimari non possit ; quamvis fortassis ratio, qua nititur aut niti videtur, nequeat evidenter falsi demonstrari.

14. Et hæc quidem, ut patet, intelligenda sunt de probabilioritate relativa seu *subjectiva*. Quod si de *absoluta* seu

objectiva loquamur, vix illa inveniri potest : perrarum enim est, ut auctores *communiter* hoc affirment vel agnoscant, unam partem contradictionis esse probabilem, alteram probabiliorem; imo, inquit Muzzarelli, « certus eris de majori »probabilitate alicujus sententiæ fere nunquam, nisi ad eam »testificandam concurrant utriusque scholæ patrocinatores, »quod vere aliquando fit, sed raro (1). » Si tamen aliquando fiat, tunc illa asserta, ex communi sententia, major probabilitas elidet quoque probabilitatem pro altera, sicque iterum prior illa manet sola probabilis : vix enim intelligi potest, quomodo notabilis rationum præponderantia, ab omnibus agnita, non destruat denique oppositam gravitatem. Ast, ut plurimum, id non agnoscunt DD., ii præsertim, qui moralium opinionum non simpliciter collectores sunt, sed etiam auctores : hi quum sententiam suam proferunt, eam ita tueri solent, ut ordinarie pro ipsa suum judicium unice stare manifeste ostendant; quamquam contradictoriam interdum probabilitatis nomine donent, forte ob deferentiam erga auctoritatem theologorum, qui illam defenderunt.

Quomodo ergo, quod *objective* probabilius sit, invenietur? Aut quis umquam moraliter certus erit, sententiam vere probabiliorem esse opposita, scilicet gravioribus momentis rationis fulciri, quum sæpe alii DD. eam respuant tamquam debili rationi innixam aut solidis rationibus omnino destitutam? Profecto qui vellet sequi opinionem probabiliorem alienam, quæ sua non sit, unice se determinaret auctoritate illorum, qui eam ut probabiliorem proponunt, cum gravi utique periculo errandi, præsertim quum nonnulli videantur opiniones libenter probabiliores nuncupare, non quod melioribus probationibus muniuntur, sed quia magis rigidæ sunt et magis tutæ; alii quia laxiores et faciliores.

15. Ex his, quod magni momenti est, concludamus quoad

(1) *Loc. sup. cit.*, pag. 299.

indolem probabilitatis intrinsecæ, quam licite sequamur, non requiri imprimis persuasionem rationis absolutam et universalem : hujusmodi enim persuasio ponit sententiam extra controversiam, et reddit illam moraliter certam, dum nimirum possidet communem doctorum hominum approbationem : quod si requireretur, ad tutiorismum confugere necesse esset. Ob eamdem autem rationem, tum etiam quod inveniri non possit, non requiritur probabilioritas, ut ajunt, objectiva ; quamquam hæc, ut sæpe asseritur, non etiam sufficiat, quia fallax est, et non illa vere objectiva et absoluta major probabilitas (quæ jam verius diceretur moralis certitudo), sed subjectiva asserentis. Requiritur proinde et sufficit operanti rationis suæ probabilis persuasio, vel, si mavis, major probabilitas relativa seu subjectiva, prudens tamen : et revera uniuscujusque conscientia, ratio, bona fides est *norma subjectiva*, proxima et interna, honestatis actionum suarum, de qua dixit apostolus : *Omne quod non est ex fide, peccatum est* (Rom. XIV, 23). Sic fieri poterit, ut quod tibi est probabile, mihi fortasse sit multo probabilius, et alteri omnino improbabile ; item quod alteri probabilius, mihi vix probabile, tibi autem omni probabilitate destitutum. Dixi tamen persuasionem hanc subjectivam *prudentem* esse debere, acquisitam scilicet ab eo, qui per seipsum possit deliberare, non ab idiota ; quique habeat animum passionibus aut præjudiciis non obnubilatum, sed amantem et studiosum veritatis.

16. Præterea hic animadvertimus, quamvis, quoad ejus fieri possit, numquam ratio ab auctoritate sejungenda sit, male tamen usum probabilitatis a quibusdam restringi ad casus illos controversos, qui in auctoribus classicis passim occurrunt sive, ut loquuntur, ad *publica* dubia juris : valet namque et in casibus particularibus et publice non discussis ; idque non tantum in iis, quæ incerti juris sunt, sed etiam quæ incerti *facti* : modo enim quis pro gravitate rei, sincere et diligenter adhibuerit media assequendæ veritatis, incul-

patus erit, si omnibus libratis illud tandem agat, quod vere probabiliter judicat sibi licere. Et vero quis arceat, v. g., a sacra communione eum, qui, deposito demum suo dubio, probabiliter credat se non fregisse jejunium naturale? Aut quis cogat aliquem ad iteratam peccati accusationem, si post diligens examen probabiliter existimet se jam semel illud esse confessum? Atqui in his probabilitas circa actum seu factum particulare versatur. — Opportune tamen simul monuero, ut in casibus peculiaribus, pro quibus expressa et apposita auctoritas præsto non est, resolutionis rationes exemplares desumantur a casibus similibus, qui certe nuspiam desunt; aut saltem docti et probi viri consulantur.

17. Deinde illud semper magnopere cavendum est, ne ipsam animi fluctuationem vel suspicionem, sive quod lex plane certa non appareat, aut sententia aliqua videatur habere quamdam verisimilitudinem atque intellectum in eam inclinari sentiamus, ne hæc, inquam, et his similia cum ipso assensu seu judicio probabili confundamus. Audiamus Cl. *Muzzarelli*, de ipsa vi atque efficacia probabilis judicii in intellectum disserentem. Et tametsi loquatur ille de probabilitate ex utraque simul causa, rationis nempe et auctoritatis, tamen de probabilitate quoque ex causa alterutra, servata saltem quadam proportione, idem erit statuendum. Dum dicimur, inquit, suaderi ratione et auctoritate, iis utimur vocabulis, « quorum significationem ex communi »usu, et ex intimo sensu quasi intuitive quisque percipere »valeat; quæ si quis ulterius explicare et declarare velit, »potius obscuritatem quam perspicuitatem inducat, ut accidit »fere semper in principiis per se et cuique cognitis. Enim- »vero quis non sentit et experitur, quid sit suaderi ratione et »auctoritate? Ubi subito quisque animadvertit, se quamdam »consequi tranquillitatem et quietem intellectus et judicii, »ut jam cessare possit ab ulteriori perquisitione, quamvis »non veram (seu omnem) certitudinem assecutus sit, quia

»videt se eam assequi non potuisse. Restat igitur illi aliqua »vel prudens, vel non imprudens, vel tenuis formido de veri»tate oppositæ sententiæ : erit fortasse modo hæc, modo illa, »sed quidquid supersit, certus sibi est, in talibus circum»stantiis, suo judicio se prudenter acquiescere ; imo pruden»tissime, quia suadetur pro una parte, et non suadetur pro »alia : hoc autem est omne id, quod deficiente certitudine »prudens homo assequi teneatur (1). »

18. Postremo circa quæstiones facti illud hic obiter adscribi meretur, quod, quia certe ejusmodi quæstiones frequentissimæ sunt, frequenter usu venit : nempe, si in iis adsint utrimque conjecturæ, has non fundare *probabilitatem* pro alterutra parte, sed constituere merum *dubium negativum*. Vid. S. Ligor., lib. VI, n° 902, quær. 3.

19. De cætero retinendum est firmiter ex dictis, a *sola* nonnumquam ratione opinionem dici posse et haberi vere probabilem, uti probabilis quandoque etiam fit *sola* auctoritate; ad hæc, probabilitatis usum valere in singularibus quoque casibus, sive quæstio juris sit, sive facti.

20. Porro etiam, sicuti licitum est sequi opinionem, quæ in concursu cum alia est probabilior seu potius *sola* probabilis, similiter, vel a fortiori, licebit uti opinione, quæ (extra concursum) erit *unice* probabilis : atque huc refero plures resolutiones S. Alphonsi ex præsumptione, ita ut pro opposita parte jam nulla prorsus sit ratio, aut certe non talis ratio, quæ a viro prudenti attendi mereatur. Vid. lib. I, n° 29 *in fine*, et lib. V, n° 150. — Hoc ipsum autem docent etiam probabilioristæ : « Licet sequi, inquit Antoine, *de* »*Conscientia*, Cap. 4, qu. 5, opinionem minus tutam seu »negantem præceptum, quando est *unice* probabilis, ita ut »excludat omnem formidinem saltem rationabilem peccandi : »quia illam sequens potest judicare prudenter et firmiter

(1) *Loc sup. cit.*, pag. 288.

»actionem suam esse licitam : nam habet motivum grave id »judicandi, et nullum habet aliter judicandi. Unde nec habet »anxietatem nec formidinem erroris, aut si quam habet, »potest eam contemnere ut scrupulum, quippe quæ careat »fundamento rationabili. Sic rusticus licite omittit sacrum eo »die, quo ejus pastor, vir probus et doctus existimatus, »ipsum asserit ad illud non teneri, si nullum habeat motivum »judicandi oppositum, nec suum pastorem falli aut fallere.» Alii hujusmodi probabilitatem vocant *non-impeditam,* aut pro certitudine morali eam habent.

21. Restat, ut solvatur altera difficultas, quæ supra (num. 13) indicata fuit, quid nempe consilii capiendum sit, si plures auctores classici stent pro una sententia, quam pro alia ; ideoque una sententia *auctoritate* firmetur magis quam alia. Huic autem quæstioni plane (ut arbitror) juxta mentem S. Alphonsi satisfacit sæpe laudatus Muzzarelli (1), cujus responsum integrum subnecto : « Aut numerus auctorum, »qui classici judicantur, est impar ad acquirendum pruden»tem assensum (*a*), aut est sufficiens. Si impar, manifestum »est, quod attendi non debeat in proprio judicio. Si sufficiens »sit, cur ipsis adhærere non possum, dummodo aliunde »ratio me suadeat de gravitate rationum? Aliter in infinitum

(1) *Loc. supr. cit.*, pag. 262.

(*a*) On ne peut, en principe, déterminer mathématiquement le nombre d'auteurs requis pour rendre une opinion probable. Cela dépend d'un grand nombre de circonstances. Voici, du reste, deux règles que donne le P. Gury, dans son excellent abrégé de théologie : « 3° Certo »probabilis habenda est opinio..... quam absolute tenent ut veram »quinque aut sex theologi, probitate, judicio et scientia præstantes, »nisi ratio certa contra istam opinionem appareat.... 7° Unicus auctor, »si sit omni exceptione major, afferatque rationem quam alii non exa»minaverint, vel non satis solverint, ipse autem aliorum rationes com»mode solvat, potest opinionem suam certo probabilem efficere, quamvis »contra communem doceat. » *Compendium theologiæ moralis*, tom. I, n. 54. V. aussi Lacroix, *Theologia moralis*, lib. I, n. 155.

(*Rédaction.*)

»et in incertum protrahendum erit examen. Non enim aucto-»ritas DD., qui classici vocantur (*a*), commensuratur tantum »ab eorum numero, sed etiam a relativa eorum præponde-»rantia, quum inter classicos ipsos plures gradus distinguantur; »similiter commensuratur a rationibus, quæ ab ipsis addu-»cuntur, quum etiam auctores classici aliquando dormitent; »commensuratur denique ab existimatione, quam sibi in »aliquo peculiari casu resolvendo nonnulli acquisiverunt, »quum sæpe accidat auctorem cæteroquin minus insignem, »prævaluisse in aliqua resolutione apud communem opinio-»nem contra decisionem eorum, qui auctores primæ classis »appellantur. Quis igitur dicet adstringi debere confessarium »(nam pro eo scribebatur hæc Muzzarelli dissertatio) ad insti-»tuendum judicium de præponderantia auctoritatis DD. in »aliquo peculiari casu, quum talis præponderantia a tot cir-

(*a*) On entend par auteur *classique*, dit Lacroix, celui qui est *omni exceptione major*. Le nom de *classique* lui est donné, « Quia ejus »auctoritas in scholis vel tribunalibus recipitur tanquam probabilis. » (*Loc. cit.*, n. 163). Or, d'après le même auteur, « Ille est omni excep-»tione major, contra quem opponi non potest una harum exceptionum, »vel 1° quod ejus opinio sit contra principium aliquod certum; tum »enim est certo falsa et improbabilis : vel 2° quod levi, æquivoco, aut »sophistico fundamento nitatur : vel 3° quod ipse alias varia improba-»bilia, et a cæteris theologis reprobata docuerit : cum enim gravitas »fundamenti dicatur relative ad judicium prudentum, si hi aliquod »communiter rejiciant ut improbabile, censeri non poterit grave : vel »4° quod sit merus summista, qui sententias utrimque non examinatas »a se, tantum sumat ex aliis, et solum exscribat; tunc enim stari non »potest ejus judicio, cum incertum sit, an quæstionem bene intellexerit, »et argumenta penetrarit : si unum horum possit contra ipsum opponi, »non est omni exceptione major. » *Ibid.*, n. 160. Il faut cependant remarquer avec le même auteur, touchant le n. 3°, « per hoc nihil dece-»dere de auctoritate alicujus auctoris, quod aliqua ipsius sententia sit »postmodum damnata, dummodo ante damnationem fuerit a gravibus »theologis habita tanquam vere probabilis; talis enim invincibiliter »erravit, et cum motivo, quod secundum prudens tunc judicium erat »grave : et sic quoque SS. PP. inveniuntur errasse, de quorum aucto-»ritate non ideo aliquid decessit. » *Ibid.*, n. 161. (*Rédaction.*)

»cumstantiis et requisitis pendeat, ut fallere etiam possit, et »revera non raro fallat judicium quoque doctissimi et pruden»tissimi hominis? Numquid præsumendum est, quod voluerit »Deus, quum agitur de legis observantia ad salutem neces»saria, nos conjicere in tot difficultates et ambages, unde »extricari non possimus et quibus fere ad desperationem »impellamur? Certe vir cæteroquin probus, prudens et medio»criter doctus, qui ingenii licentiæ non obsecundet, et alicui »parti mordicus non adhæreat, et conscientiam suam sine »prævention e et scrupulo audiat, irreprehensibilis reputandus »erit, quum in aliquo casu controverso eam sententiam »amplectitur, quam gravis ratio sibi suadet et sapientiorum »DD. auctoritas firmat.» Ideo nimirum S. Alphonsus quoque, in sua *Theologia morali*, non tantum *communes* vel *communiores* sententias recenset; sed his apponit etiam sententias *pauciorum ;* easque sæpe *probabiles* aut *satis probabiles* appellat; vel si nullo modo approbet, sæpe tamen non etiam reprobat, sed fideliter eas exponit, cum rationibus et patronis, ut, inquit, alii pro sua prudentia cujus ponderis sint, judicent (1). Usus est etiam nedum Doctoribus illis præclarissimis, sed et aliis, uti testatur, quamplurimis, utique inferioris subselli scriptoribus; ad relativam tamen inter utrosque præeminentiam vix umquam provocat, nisi forte ubi contrariam opinionem aperte rejiciat, aut cum paucis a communissima quadam sententia recedendum esse putet. Videsis e. g. lib. VI, n. 257, quær. 2.

22. Maneat igitur ex his, quæ hactenus circa systema S. Alphonsi delibavimus, firmiter constitutum, licitum esse sequi opinionem faventem libertati, non solum quando probabilissima est, sed et quando certo ac notabiliter probabilior; cui quidem, juxta ejus mentem, opponitur tenuiter aut dubie probabilis, et quæ, ut vidimus (num. 13), in hoc concursu *sola*

(1) *Monitum auctoris*, Tom. I, pag. XVI, ed. Mechl. 1845.

potius meretur dici probabilis; id quod clare etiam adstruit systematis n. 56, ubi naturam ac vim explicat probabilitatis *certo* majoris quæ stat pro lege. Neque est, quod opponatur, prudentiam suadere, ut in incertis omnimoda certitudo a deliberante quæratur: nam media ad hoc ordinaria, studendo, consulendo, interrogando etiam, si fieri possit, ipsum superiorem prius adhibenda esse et adhibita fuisse, omnino docet et præcipit etiam S. Alphonsus, cum probabilioristis et probabilistis universis: quamdiu igitur per moralem diligentiam haberi potest certitudo, non licet sequi sententiam benignam, quantumvis probabilem; et hæc, v. g., ratio est, cur in materia fidei probabilismus non habeat locum, quia diligentiam adhibenti sese offeret certitudo.

23. Nihil quoque urget, quod dicunt, judicio prudenti non posse subesse falsum: prudentiam quippe virtutem esse certo practice veram; et tamen probabiliora esse quandoque falsa. Etenim judicium speculativo-practicum de honestate actus *objectiva*, non est ipsum a prudentia elicitum, quamvis ab ea, et quidem prudenter, imperatum; judicium autem illud prævium subsequens practico-practicum de *formali* honestate actus ab ipsa prudentia elicitur, et huic revera numquam in casu subest falsum: quod utique implicantiam involveret. Unde neque hoc judicium practico-practicum prudentiæ conjungitur cum ulla formidine erroris vel periculi, ne actio non sit *formaliter* honesta.

24. Si quæratur, quomodo S. Doctor thesim suam, quam exposuimus, probet, respondeo, valere pro ea imprimis, et quasi a fortiori, omnia argumenta, quibus evincit licitum esse uti opinione æque-probabili contra legem; valere saltem in iis casibus, in quibus dubium solvi potest in favorem libertatis. Verum speciale etiam argumentum notari meretur, quod n. 82 *systematis moralis* evolvit, ubi ostendit illum, qui neget licitum esse sequi opinionem probabilem, seu certo et notabiliter probabiliorem, necessario ad tutiorismum relabi,

et ne probabilissimam quidem opinionem ab eo tuto posse deduci in praxim. « Præterea dico, inquit, quod is, qui credit »numquam esse licitum se exponere periculo lædendi legem, et »contra dicit posse opinionem minus tutam teneri, solummodo »quando est probabilissima, difficillime et vix unquam induci »poterit ad eam sequendam cum secura conscientia, nisi »eam invenit stricte certam et ab omni formidine immunem. »Et sic ratiocinor : Opinio probabilissima est illa, quæ, etsi »supremum occupat probabilitatis gradum, tamen fines pro»babilitatis non excedit, juxta terminos propositionis dam»natæ, quæ dicebat : *Inter* PROBABILES *probabilissimam;* et »ideo, prout communiter Doctores ajunt, opinio probabilis»sima, quæ etiam moraliter certa (large tamen loquendo) »vocatur, omnem prudentem formidinem (intellige a judicio »speculativo-practivo) non excludit, ne sit falsa : ad differen»tiam opinionis sive sententiæ stricte certæ, quæ omnem »prudentem formidinem excludit. Si ergo opinio probabilis»sima omnem non excludit prudentem formidinem; opinio »probabilissimæ opposita, non equidem est illa, quæ tenuiter »tantum est probabilis : tenuis enim probabilitas non est pro»babilitas, sed duntaxat quædam falsa apparentia, seu vana »probabilitatis apprehensio, quæ nullum prudentem timorem »producere potest, sed tantum aliquam imprudentem formi»dinem; sed imprudens formido non est formido, quæ valeat »ullum peccati periculum secum afferre. Ipsimet rigidi et »stricti tutioristæ communiter ajunt, quod hujusmodi impru»dentes formidines contemni debent; nec de eis ulla ratio »est habenda. Insipientia revera esset dicere, quod Deus nobis »imposuerit, etiam futiles et irrationabiles timores vitare. »Itaque proprie loquendo, opinio probabilissimæ adversa »non est ea, quæ tenuiter, sed ea, quæ *dubitanter* probabilis »est : et hæc, sicut probabilissima non caret omni prudenti »formidine, quod sit falsa, ita opinio probabilissimæ oppo»sita non caret omni prudenti motivo, quod sit vera. Nunc

»peto : posito, quod opinio stans pro lege, opposita probabi»lissimæ stanti pro libertate, est dubie probabilis, quomodo, »qui censet illicitum esse immitti in periculum transgrediendi »legem, volens probabilissimam sequi, poterit umquam in »praxi cum tranquilla conscientia induci ad firmiter cre»dendum, quod opinio stans pro lege non sit vere probabilis; »et sic probabilissima uti, quin periculo transgrediendi legem »exponatur? Ubi stateram inveniet tam exactam, quæ ipsum »reddat securum, quod opinio stans pro lege careat quidem »tanto probabilitatis pondere, quod illam efficiat probabilem, »et sic ipse secure, et a periculo immunis operetur? Ideirco »repeto, quod ab initio dixi, quod ille, qui credit non posse »teneri in praxi aliquam opinionem minus tutam, nisi proba»lissima sit, cum magna difficultate poterit sibi formare dicta»men certum ad operandum, nisi strictum amplexetur »tutiorismum, quod solummodo ab omni periculo legem »transgrediendi immune atque liberum est. » Cfr. etiam Billuart, *de Actib. humanis,* dissert. 6, art. 3.

Itaque thesis iisdem rationibus nititur, quibus supra generatim refutatus est tutiorismus : sed num illæ rationes certæ sunt et moralem certitudinem faciunt, signanter etiam in hac thesi? Tales enim omnino esse debent rationes, quæ fundamenti loco sunt, seu ipsum principium systematis moralis probant; et nisi tales sint, certi aut securi numquam erimus, sententiam *certo* et *notabiliter* probabiliorem contra legem, esse practice TUTAM agendi regulam quoad honestatem *formalem* actionis. Undenam igitur certitudo ipsius principii constat? Dico constare partim ex propositione 3ia damnata ab Alexandro VIII, partim ex praxi atque judicio hominum timoratorum, imo Sanctorum, uti SS. Thomæ, Bonaventuræ, Antonini, aliorumque, quorum vix unus non sæpe doceat opiniones probabiliores faventes libertati, contra tutiores stantes pro lege. Accedit, quod doctrina hæc, quæ S. Alphonsi est, tum in causa beatificationis et canonizationis ejusdem, tum

etiam in rescripto S. Pœnitentiariæ ad Cardinalem Archiepiscopum Vesuntionensem, anni 1831, Romæ *tuta* fuerit declarata. Cfr. Gousset, *Theol. mor.*, tom. 1, n. 76.

25. Expositis jam tutiorismi ac systematis oppositi principiis, hisque vindicatis, illis rejectis, in memoriam revocandum est, nos, ubi statum quæstionis figebamus (§ III, n° 3 et 4), duas limitationes apposuisse. Una ipsum tutiorismum, fatentibus ejus patronis, restringit; altera usum probabilitatis, nullo quoque ejus defensore dissimulante, coarctat.

Scilicet, quod primam spectat, contingit sæpe sæpius in legibus humanis, ut vel lege ipsa cautum, vel a legislatore declaratum, vel certe communi interpretatione aut usu receptum sit, sive generatim, ob expressam vel præsumptam voluntatem, expressum vel tacitum consensum legislatoris constet, casus dubios aut incertos lege quadam non comprehendi. Unde tutioristæ ipsi juri potissimum divino et naturali doctrinam suam applicant, in cæteris usum *opinionis probabilis* facile concedentes, et benigniorem etiam probantes interpretationem in *dubiis*, maxime in pœnalibus et odiosis. Sic agnoscunt peccata jure vel facto dubia non reservari; neque quando ipsa reservatio censuræ dubia est, hanc reservatam haberi; et idem est de reservatione dubia voti. Item in dubio, sitne censura latæ sententiæ, an ferendæ, plurimi consentiunt hoc posterius practice tuto teneri, item in dubio, sive facti sive juris, an quis contraxerit censuram, practice non debere illum se gerere pro censurato; similiter in dubio juris, an incurrerit irregularitatem, practice non censeri irregularem; et idem satis communiter resolvitur in dubio facti, excepto tamen homicidio dubio. Cfr. S. Alph., lib. VI, n° 600, quær. I, et lib. VII, num. 6, 67, 346 et 347. — Quod autem in his casibus licet dubitanti, multo magis licebit, si habeat pro se opinionem probabilem. Atque ita in multis aliis, quæ juris humani sunt, potest tutiorista probabilistarum sententiis accedere, quin sibi non consentire dicendus

sit. Addamus adhuc nonnulla, eodem, quo superiora, vel alio principio certo nixa : sic poterit docere, Episcopo facultatem esse dispensandi in impedimentis dubiis juris ecclesiastici, sive dubium juris sit, sive facti ; vel etiam, si dubium sit impedimentum, quia datur opinio certo probalis de jure pro carentia impedimenti, nulla dispensatione opus esse (S. Alph., lib. I, n° 192, et lib. VI, n° 901, item *de privilegiis*, n° 55); sed tamen hoc, juxta id quod docet lib. VI, n° 902 et n° 1129, resp. 5, extendi tuto non posset ad dubia facti, nempe quum ex utraque parte adest facti probabilitas pro existentia et carentia impedimenti. Sic etiam posset parochus, cæteroquin tutiorista, cum principiis non pugnans, in casu perplexo, de quo Dens *de matrimonio*, n. 134, assistere matrimonio, declarando legem impedimenti cessare, sentiens in casu cum auctore *Instruct. pro nov. confess.* apud S. Alph. *Praxis conf.*, n° 8, et lib. VI, n° 613. Cfr. etiam hic Gousset *Theol. mor.* Tom. 2, n° 850. Sane, ut patebit etiam ex iis, quæ mox de limitationibus probabilismi dicturi sumus (num. 30), tutioristæ hoc tutum esse potest, vel non potest esse ne probabilistæ quidem (1). — Denique sic posset confessarius tutiorista uti jurisdictione dubia, quando pro jurisdictione adest opinio probabilis de jure ; non item

(1) Nactus hic occasionem obiter aliquid de illa sententia dicendi, fateor urgentissimam videri rationem, quod in casu lex impedimenti sit plane nociva. Responderi quidem potest, manere illam utilem bono communi, esto adversetur hic et nunc privato ; ac præterea communem doctrinam habere, legem irritantem, qua talem, non cedere necessitati aut impossibilitati in casu particulari. Verum utilitati, quam habet lex pro bono communi, nihil hac praxi derogatur ; et an revera hoc bono communi noxium non est, ut impedimentum dirimens matrimonii maneat in vigore in talibus angustiis, præsertim si nihil per fraudem aut malitiam actum sit (*)? Deinde quum versemur hic in jure positivo, et tota demum res pendeat a voluntate seu consensu legislatoris, an non, postquam hæc opinio jam magis invaluit, principium generale de legibus irritantibus, quantum ad impedimenta dirimentia, modificari potuit seu potius restringi (**) ?

(*) Nous ne voyons pas en quoi la permanence de l'empêchement dans ce cas serait plus nuisible au bien commun, que la permanence de l'empêchement public dans le cas où les parties n'ont pas le temps de recourir au Saint-Siége. Et cependant, il est certain que, si l'empêchement est public, l'Evêque ne peut dispenser, quelle que soit l'urgence, la nécessité. Le Saint-Siége a condamné la proposition contraire. V. Mélanges tom. II pag 458 et 459. (Redact.)

(**) Nous ne nions pas que le principe ne puisse être modifié ; mais il faudrait montrer que la volonté du législateur est de le restreindre ; et c'est ce que l'on n'établit pas. Quand même l'opinion de l'auteur serait plus commune (ce qui n'est point), il ne s'ensuivrait pas encore que le législateur a modifié les principes. V. ci après les notes des num. 29 et 30. (Redact.)

tamen in privato dubio facti, quod haberet circa suam jurisdictionem, utrum, v. g., eam acceperit vel an non expiraverit. S. Alph., lib. VI, n° 473. Cæterum horum omnium ratio magis infra patebit. (n° 29).

26. Nunc, quod pertinet ad limitationem probabilismi, diximus n. 4, quæstionem procedere intra proprios suos terminos, id est, de sola honestate actionis, præcise respectu legis dubiæ aut incertæ, et quin ex alia quadam lege obligatio certa oriri supponatur.

Igitur quotiescumque hujusmodi lex subintrat, tutiori parti adstringens, ab ea recedere non licet : ita in primis, vel voto vel justo superioris præcepto, clarum est quemquam, in hac aut illa materia virtutis, ad tutiora sectanda posse obligari.

Generatim autem jure naturæ, vel obligatione ex contractu aut quasi-contractu profluente, ne sibi vel aliis noceat, obligatur vel obligari quis potest ad abstinendum ab actu minus tuto, quamvis etiam verisimilius non damnificativo; ita, prohibente lege naturæ, ne hoc aut illo actu temere meam aut proximi vitam, bonam famam, fortunam in discrimen adducam, sit licet dubium aut probabile nullum damnum esse secuturum, tamen tutius tenendum est. Exemplum vide lib. VI, n° 633.

Similiter jure naturæ, vel obligatione aliunde juste imposita, aut sponte suscepta, ut sibi vel alteri bonum aliquod procuret, obligatur vel obligari quis potest, ad eligenda media certiora et tutiora, ut finem seu effectum debitum assequatur. Videatur S. Alph., lib. I, n° 42 et seq., ubi multæ fiunt applicationes circa dubia vel probabilitatem, ut vocant, *facti*.

Et quidem dubium vel probabilitas *facti* proprie tum adest, quando lex certa est, sed dubitatur vel incertitudo habetur de ipso facto, circa quod lex versatur, utrum illud, vel tale sit, quod, vel quale lex jubet aut vetat; quum interim nec lege ipse decernitur, neque aliunde constat, perinde tunc esse ac si nihil præceptum aut prohibitum esset, uti supra diximus, n° 25, ubi de limitationibus tutiorismi. Ex. gratia : certa est lex : *non occides;* sed dubitari potest,

utrum objectum in quod sclopetum explodere vult venator, fera sit, an homo. Similiter certa est obligatio medico sanandi infirmum, parocho ministrandi Sacramentum validum : ille quum habeat medium certius, non potest uti minus certo aut dubio; hic, cui præsto est materia certa, non potest dubiam adhibere.

Porro, quum præsertim jus naturæ, sibi aut aliis non nocendi, latissime pateat et ad plurima extendatur, satis liquet, facile fieri posse, ut ob hoc solum sæpe fiant illicita, quæ relate ad aliam legem, vel legem suam proximam et propriam, illicita non sunt, vel saltem probabiliter aut probabilius sunt licita. Sic illicitum non est ob rationabilem causam petere sacramentum a parocho excommunicato, sed tolerato; non licet tamen, si prudenter timeatur, ne hoc alii futurum sit gravi scandalo, vel si fieret cum perversionis periculo. Sic in materia castitatis probabile est vel probabilius, plura, si tamen non intendatur carnalis voluptas, excusari posse saltem a mortali; sed quo minus hæ opiniones probabiliores valeant licite in praxim deduci, obstat communis vel specialis fragilitas, ratione cujus oritur proximum periculum vel consensus in rem turpem vel ulterioris lapsus : obstat lex certa vitandi periculum ruinæ spiritualis.

27. Itaque 1° quæ facto *tantum* probabilia aut dubia sunt, sed contra legem certam vel obligationem vitandi nocumenti aut procurandi boni, si forte res aliter se habeat ac opinamur, numquam præbent jus licite agendi. Neque 2° quæ respectu *legis proximæ* seu particularis, probabilius *sunt licita*, si sequendo illam opinionem, factum quis ponat, quo alia quædam certa lex violatur, aut saltem ejus periculum morale aditur, vel quo certæ cuidam alii legi aut obligationi non satisfit, aut saltem periculum morale, ne non satisfiat, incurritur. Ideo sæpe multa dicuntur speculative probabilia, sed non practice.

28. Et hæc quidem principia generalia sunt, quæ tamen

pro diversitate materiæ et circumstantiarum varias patiuntur modificationes. In universum, quod iis enuntiatur, pro latitudine et extensione obligationis, qua nituntur, applicationem practicam habet; et vix aut absoluta aut infinita sunt. Hinc in particulari semper respici debet, quid et quousque jus naturæ, vel divina, aut humana lex, vel personalis obligatio, cum alia lege subintrans, vetet aut jubeat : v. gr., probabilissimum sit, infantem, si baptizetur in parte corporis notabili, puta in pectore, valide baptizari, tamen illicitum erit in ea baptizare extra necessitatem : nam pro baptismo, uti et pro Sacramento Ordinis, omnimoda certitudo requiritur, seu, quod tutissimum est, sequendum; sicut etiam in omnibus, quæ necessitate medii necessaria sunt ad salutem.

Dixi tamen *extra necessitatem,* et sic generatim limitari debet propositio damnata ab Innocentio XI, qua etiam in aliis Sacramentis, sive ob reverentiam iis debitam, sive ob injuriam proximo inferendam, usus probabilis opinionis, relicta tutiore, interdicitur. Nam in necessitate omnino licet: enimvero, nedum noceatur, hoc modo consulitur bono proximi, et in eo conflictu ratio quoque irreverentiæ, sive lex irreverentiam vetans nulla est.

29. Cæterum, ut jam ostensum, ubi de tutiorismi restrictionibus (n. 25), aliam præterea illa propositio damnata limitationem habet : nimirum, quando Ecclesia defectum supplere potest ac revera supplet. Ita ubi adest opinio probabilis de jure, et quidem certo atque universim ab AA. ut talis reputata, non subsistere aliquod impedimentum dirimens ecclesiasticum, censetur Ecclesia impedimentum auferre, ita ut dispensatione non sit opus (*a*) : exemplo sit affinitas 3ⁱⁱ

(*a*) Quelque certain que ce principe paraisse à l'auteur, nous le trouvons, pour notre part, très-sujet à contestation. En effet, s'il fut une opinion regardée généralement comme probable, surtout avant les décrets portés par la S. Congrégation, à la fin du XVII^e^ siècle et au commencement du XVIII^e^, c'est bien celle qui tenait pour valides les

et 4ti gradus ex matrimonio invalido, sed bona fide valido existimato (*a*) (S. Alphons., lib. VI, n. 901). Similiter, ut diximus, ubi adest opinio probabilis de jure circa jurisdictionem confessarii, censetur Ecclesia, saltem (ut S. Alphonso videtur) rationabili accedente causa, illam supplere. Lib. VI,

mariages contractés par les hérétiques sans l'assistance du curé catholique. Les adversaires de cette opinion s'accordaient assez généralement à la reconnaître comme probable. (V. Lacroix, *Theologia moralis*, lib. VI, part. III, n. 768; Gobat, *Experientiarum theologicarum*, tract. IX, n. 471) ; ceux qui n'embrassaient aucune des deux opinions, les déclaraient probables et sûres (Wiestner, *Institutiones canonicæ*, lib. IV, tit. I, n. 200). Or, s'il est certain que l'Eglise enlève l'empêchement, lorsqu'on contracte mariage avec une opinion probable que l'empêchement ne subsiste pas, que devait répondre le Saint-Siége consulté sur la validité des mariages contractés par les hérétiques en Allemagne, sans l'assistance du curé catholique? Que ces mariages étaient valides. Mais, sans tenir aucun compte de la probabilité de l'opinion ci-dessus mentionnée, il décide précisément le contraire; il déclare ces mariages invalides. (V. Bökhn, *Jus canon. univers.*, lib. IV, tit. III, n. 35). D'où il paraît logique de conclure que nonobstant la probabilité de l'opinion que suivent les contractants, l'Eglise laisse subsister l'empêchement. Nous pourrions multiplier les exemples; mais, comme nous devons, pour satisfaire à nos engagements antérieurs (*Mélanges*, tom. III, pag 347, note 2), revenir sur ce point et l'examiner spécialement, nous nous contenterons ici de cette remarque.

(*Rédaction.*)

(*a*) L'exemple n'est pas heureux, quoique cette opinion (que l'affinité résultant d'un mariage invalide, contracté de bonne foi, ne s'étend pas aux troisième et quatrième degrés), ait pu être autrefois considérée comme probable, nous ne croyons pas qu'on puisse encore la dire telle aujourd'hui : car la S. Congrégation a décidé la question par son décret du 3 décembre 1667. Nous savons que Dens, (*De Matrimonio*, n. 100), et Lacroix, lib. VI, part. III, n. 697), révoquent en doute l'authenticité de cette résolution, mais elle est maintenant hors de doute, car Benoît XIV, alors Secrétaire de la S. Congrégation du Concile, cite et le tome et la page des registres où le décret est inscrit. V. *Thesaurus resolutionum S. Cong. Conc.*, tom. II, pag 241 et 242. Zamboni donne aussi le texte de cette déclaration. *Collectio declarationum S. Congreg. Conc.* V° *Matrimonium*, § IX, n. 2, et § XIV, n. 5. Ainsi donc, quand même le principe de l'auteur serait vrai, il ne serait pas applicable à ce cas, pour lequel la volonté de l'Eglise nous est manifestée. (*Rédaction.*)

n. 573 (*a*). Et hujusmodi sententiæ, si quidem consuetudine firmentur, nullum certe dubium patiuntur. Observandum porro, quod alibi quoque monuimus (n. 25 *in fin.*), supponi adesse opinionem probabilem de jure, v. g., circa jurisdictionem confessarii : nam, sepositio casu communis erroris, Ecclesia non supplet in particulari dubio facti, quod haberet confessarius circa suam jurisdictionem. Neque etiam in dubio facti circa impedimentum matrimonii, illud tollit (S. Alph., lib. VI, n. 902, quær. 3); vel saltem, quamvis probabilis esset contraria Bonacinæ et aliorum opinio, quum tamen non sit communiter recepta, non satis certo præsumi potest, Ecclesiam supplere; ideoque quum agatur de valore Sacramenti, obstante propositione damnata, non licet ea probabilitate practice uti.

30. Sed quid igitur supra (num. 25 et not.) resolvimus circa casum perplexum, de quo Deus, *De matrim.* n. 134? — Respondeo opinionem Pignatelli *hodie* satis communiter receptam videri posse parocho, quandoquidem publice propugnetur in Academiis, ut tuta; Roma sciente et nihil, in re tanti momenti, reclamante : ex quo illud saltem concludendum, quod, tametsi forte opinio falsa sit, in singulis tamen

(*a*) Nous pensons avec Muzzarelli (*De regula opinionum moralium*, pag. 272 et 273, edit. cit.), que l'Eglise ne supplée que lorsqu'il y a erreur commune avec un titre coloré. Hors ce cas, nous n'admettons pas la présomption de l'auteur, et cela parce que nous la voyons encore contredite par les décrets de la S. Congrégation. Donnons-en un exemple: On ne regardera certainement pas comme improbable, antérieurement au décret de la S. Congrégation, l'opinion que S. Alphonse donne comme très-commune et plus vraie, touchant la liberté des religieux de s'adresser dans certains cas à des confesseurs séculiers non approuvés par l'Evêque. (V. cette question dans les *Mélanges*, tom. III, pag. 246-252.) Si l'Eglise supplée la juridiction, les absolutions données aux religieux devaient être, avant la décision de la S. Congrégation, regardées comme valides. Or, la S. Congrégation déclare qu'elles sont nulles. (Déclaration du 18 nov. 1769, rapportée dans les *Mélanges*, loc. cit., pag. 250.) Que doit-on en conclure, sinon que l'Eglise ne supplée pas la juridiction, quoique le confesseur agisse avec une opinion probable? (*Rédaction.*)

casibus, quando in praxim deducitur, Ecclesia actum ratum habeat et tollat impedimentum : usquedum postea forsan interpellata, vel expresse consentiat, vel opinionem illam reprobet : nunc autem quum toleret, bonum animarum et multa ac magna inconveniéntia matrimonii invalidi postulant, ut toleret *cum effectu*. Adde, specialis hic ratio militat, quæ non ita pro aliis opinionibus particularibus, non satis probatis vel etiam laxis; et potuit Ecclesia facile mentem declarare, dum opera S. Alphonsi ipsius examini subjecta fuere. Illud etiam huic casui proprium, non superesse aliquando aliud effugium : nam quod proponit Lacroix, lib. VI, part. 3, n. 539, quomodo valebit, si impedimentum oriatur ex occulto crimine infamante unius (*a*) ?

(*a*) De ce que ce sentiment serait enseigné dans l'une ou l'autre université, dans l'un ou l'autre séminaire, on ne peut légitimement en conclure qu'il soit devenu *commun*. Ce n'est pas l'enseignement d'un ou de quelques établissements qui donne à une opinion la qualité de *commune*. Il faut pour cela qu'elle soit enseignée par la majeure partie de ces établissements, ou par la majeure partie des auteurs. Jusqu'à présent nous croyons qu'il serait difficile de montrer que l'opinion de l'auteur a rallié la majorité des suffrages. Nous connaissons, pour notre part, un grand nombre d'établissements où elle est rejetée.

Le silence de Rome ne prouve rien en sa faveur ; car, ainsi que nous l'avons déjà fait remarquer, le Saint-Siége n'a coutume de décider les questions controversées, que lorsqu'il est interrogé. Tout ce qu'on peut déduire du silence de l'Eglise, c'est qu'elle n'a point réprouvé ce sentiment, de sorte que si quelqu'un le trouve probable, elle ne lui défend pas de le suivre. Mais vouloir en conclure qu'elle valide le mariage, en faisant disparaître l'empêchement, c'est aller au delà de l'intention de l'Eglise.

L'examen, auquel furent soumis les ouvrages de S. Alphonse avant sa canonisation, n'avait pas pour but de décider la vérité des opinions controversées ; et cependant, d'après l'auteur, il aurait cette portée, du moins pour cette question, puisqu'il en conclut que l'Eglise valide certainement le mariage dans ce cas. D'où il devrait aussi conclure que l'autre opinion n'est plus probable. D'où encore il résulterait qu'on ne peut plus suivre l'opinion enseignée par presque tous les auteurs, vu qu'en la suivant on se rendrait coupable d'injustice envers les époux : ce qui ne peut être nié, si l'Eglise enlève l'empêchement.

Tout ce passage de l'auteur repose sur une base qui n'est pas solide. Il suppose que l'Eglise enlève l'empêchement, lorsqu'il y a probabilité

31. Notari hic etiam obiter meretur, S. Alphonsum a dubiis facti, quibuscum non licet attentare matrimonium, nisi obtenta prius dispensatione, excipere satis probabiliter, inquit, impedimentum, cæteroquin indispensabile, scilicet impedimentum impotentiæ dubiæ; ita ut dubitans, saltem prænonita comparte, possit sub conditione Sacramentum suscipere; si tamen, judicio medicorum et spectata experientia, probabiliter credere possit se esse potentem : specialis utique ratio præsumptionis pro eo militat. Lib. VI, n. 1102.

32. Tandem propositionem ab Innoc. XI damnatam alii etiam limitant, *si possit opinio tutior pro valore Sacramenti moraliter deduci in praxim:* quia certe noluit Christus nos obligare ad moraliter impossibilia. Hinc confessarius licite absolvit pœnitentes, etsi plerumque non habeat nisi judicium probabile de dispositione, quum ordinarie certitudinem non possit habere; quæ si requireretur, Sacramentum pœnitentiæ fieret odiosum confessario et pœnitenti, exponeremurque innumeris anxietatibus. Ita Sasserath, *De conscientia*, quæst. 5, n. 15. — Cæterum quid ad judicium prudens ex parte confessarii requiratur; et utrum probabile sufficiat, an vero vel probabilius vel moraliter certum esse debeat, varii varie explicant, re ipsa sæpe nihil differentes. Cfr. S. Alph., Lib. VI, n. 461.

33. Illud autem præ cæteris meretur adhuc adnotari, quod, quando usus opinionis probabilis probabilitate *facti*, idque ob periculum damni, interdicitur, supponatur ope-

qu'il n'existe pas. Nous avons montré ci-dessus, page 28, note *a*, le peu de fondement de cette opinion.

Quant aux inconvénients de notre opinion, nous ne croyons pas qu'ils soient aussi graves, ou aussi nombreux que l'auteur l'assure. V. sur ce point ce que nous avons dit dans une dissertation précédente. *Mélanges*, tom II, num. XXIII et XXIV, pag 465 et suiv. Du reste, comme nous l'avons déjà fait remarquer, *ibid.*, n. XVIII, pag. 459, les mêmes inconvénients existent dans d'autres cas, où cependant, de l'avis unanime des théologiens, l'empêchement continue à subsister. (*Rédact.*)

ranlem vere obligatum esse, *teneri* damnum, quod timetur, avertere; vel bonum, quod intenditur, procurare. Jam vero hæc ejus obligatio suos limites habet : atque ita, si cavendo alteri damnum, causares illud tibi ipsi, cæteris paribus, ordo charitatis permittit, ut potius proprium, quam alienum evites : justitia enim non adversatur charitati. Et medici, causidici aliique plures, vi vel officii vel contractus, tutiora eligere ac certiora tenere debent; non est tamen hæc eorum obligatio tam absoluta aut ineluctabilis, ut prorsus dari non possit casus, quo cesset aut exsequenda non sit.

34. Imo, quamvis alteri damnum ex actione *certo* secuturum sit, non semper hoc satis est, ut dicatur illicita : potest enim dari justa causa negligendi damnum istud, seu permissive, ut ajunt, se ad id habendi ; et plurimæ quidem in theologia morali occurrunt resolutiones, quibus a *formali* cooperatione et damnificatione excusetur quis, ut seipsum servet indemnem; plures etiam expressa juris dispositione atque auctoritate sancitæ sunt : ita jure Romano decernitur (Lib. 39, Dig., tit. 3, § 12) : « Si vicinus flumen vel torrentem » averterit, ne aqua ad eum perveniat, et hoc modo effectum » sit, ut vicino noceatur : cum eo aquæ pluviæ arcendæ agi » non posse, si modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat, » sed ne sibi noceat. » Nimirum multa sunt, quæ generalibus terminis et absque restrictione enuntiata, videantur mala etiam intrinsece, et repugnare juri naturali; verum circumstantiæ ut casum, ita ipsum sæpe jus mutant, seu faciunt ut casus, in hisce circumstantiis, sub generali præcepto non comprehendatur.

35. Quando etiam probabilitas facti, ob periculum damni, prohibetur, intelligitur non quodvis remotum, sed morale periculum ; id quod ex communi sensu et praxi determinandum, vel certe prudenti judicio librandum est, spectando, ut monet inter alios Collet, *de Consc. probabili*, cap. 5, concl. 4, et actionis individuæ naturam, et ejusdem

actionis eliciendæ motiva : sic gradus probabilitatis, qui sufficere posset, ut quis, putans, obscuro cœlo, in silva sibi occurrere feram, a qua discerpendus sit, emittat telum mortiferum, quamvis non nihil dubitet, an forte sit homo; non perinde sufficit, ut venator sagittet aliquid, quod judicat feram probabilius esse, quam hominem. Jure merito præterea attenditur ad moralem obligationis possibilitatem; et quidem quanto damnum est minus verisimile, obligatio autem magis difficilis, tanto cautius hæc asserenda aut urgenda est. Sic quamvis valde probabilis sententia sit, fœtum animari statim a conceptione, ideoque fœtus abortivus primis etiam diebus graviditatis baptizari debeat; ante diem 40^mum^ tamen non imponitur ardua illa obligatio, matre mortua, instituendi sectionem : tum quia ad id tempus conceptio dubia esse consuevit; tum quia, ea supposita, incertus est initio locus, ubi reperiendus sit fœtus, præsertim ab anatomiæ imperito; tum denique, quia dubium est an fœtus tam tener possit matri supervivere, quum pluribus certo præmori videatur.

36. Cæterum quod S. Alphonsus, lib. I, n. 42, circa probabilitatem facti generatim præcipit, ipse quoque lib. IV, n. 700, quær. 2, limitat et explicat, intelligendum esse, quando facti probabilitas *sola* adest; non item, si cum illa etiam juris probabilitas concurrit : sic licite potero inire contractum, quem probabiliter judico honestum et justum, quamvis forte in damnum alterius cedat, quia forte usurarius est : ubi enim lex ipsa casum seu dubium non clare definit, neque ad judicem recurritur aut recursus datur, judicio tamen prudenti vel Doctorum auctoritate determinatum est, quid cui juris sit, non videtur jam alter adversus alterum habere causam querelæ, si hic eo jure utatur : non enim possumus rationabiliter esse inviti, si quotquot in societate simul vivimus et cives sumus, juxta probatorum DD. responsa aut judicium prudens, actiones quisque suas

moderetur, et ubi plena certitudo haberi non potest, probabilitate contentus sit.

37. Sic etiam diximus supra (n° 26), non licere inire matrimonium cum *sola* probabilitate facti de carentia impedimenti ; licebit vero, si concurrat etiam probabilitas juris : unde, v. g., male a quibusdam, absque distinctione, resolvitur, in quovis baptismo dubio præsumendum esse pro impedimento cognationis spiritualis ex susceptione : nam si prior forte baptismus fuerit probabilius vel probabilissime valide collatus, pro carentia impedimenti ex susceptione in altero baptismo sub conditione repetito, erit æqualis probabilitas juris. Hinc S. Alph., lib. VI, n° 151, ad quæstionem : an suscipiens infantem in baptismo collato sub conditione, contrahat cognationem ? Rectissime distinguit.

38. Concludimus denique hunc paragraphum observando, probabilitatem *facti* tantam quandoque esse, tam forti præsumptione niti, ut pro certitudine merito habeatur. Unde Innocentius III, cap. *Veniens* 3, *De Presbytero non baptizato*, resolvit : « Certe de illo, qui natus de christianis » parentibus, et inter christianos est fideliter conversatus, » tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, ut hæc » præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentis- » simis forsitan argumentis contrarium probaretur. »

§ V. *Rejicitur probabilismus laxior.*

39. Multi olim erant ex probabilistis, qui fundantes sese principio : *Quod homo, possidens suam libertatem, ea spoliari non debeat, nisi lex* CERTA *sit ; atque intellectum, ex duabus opinionibus contradictoriis, prudenter assensum præbere posse minus probabili*, — docerent licitum esse sequi opinionem minus tutam, non solum, quando hæc tutiorem probabilitate superat, sed generatim, quoties pro illa inveniretur ratio probabilis, tametsi opinio pro lege esset

probabilior. Hæc autem theoria hominibus temerariis occasionem dedit proculcandi leges ac sacratissima quæque jura, et nefas omne honestandi atque audendi (1). Quid enim? declarabatur, *probabilem* esse opinionem, si modo pro ea citari auctor aliquis posset junior et modernus; præterea, probabilitatem quamlibet, sive intrinsecam, sive extrinsecam, *quantumvis tenuem*, sufficere, ut prudenter ac certa conscientia quis operetur. Ad hæc vero negligebatur etiam illa tam necessaria distinctio inter incertitudinem circa existentiam vel sensum ipsius *legis*, et incertitudinem circa existentiam, indolem, circumstantias, etc., *facti*: permiscebantur nempe quæstiones seu dubia juris et facti. Summam hanc luxuriantium ingeniorum licentiam, in dies magis excrescentem, compescuere Summi Pontifices Alexander VII et Innocentius XI, decretis ann. 1665, 1666 et 1679.

40. Neque tamen probabilistæ omnes similiter aberrabant: erant quippe inter illos viri, non minus quam eorum adversarii, pietate insignes; qui summopere dolerent principium suum prave intelligi, et detestarentur atque impugnarent turpissimum ejus abusum. Hi veram semper exigebant probabilitatem et plura ad eam requisita postulabant: ipsam proinde probabilitatem arctiori limite circumscribebant; quodsi illam admitterent, obstante licet contradictoria probabiliori, intelligebant ferme de probabiliori *subjectiva*; præterea in applicatione principii debitis distinctionibus utebantur. Utque hoc modo proponentes suam doctrinam, conabantur illam vindicare ab omni erroris et periculi suspicione; Ecclesia autem sic explicatam nulla censura notavit. Videri potest Voit, *De Consc. probabili*, § 2, n° 76 et sqq.

41. Nihilominus S. Alphonsus hanc sententiam laxam dicere non veretur (*Homo apost.*, *de Conscientia*, n° 31), eamque confutat *Mor. Syst.*, n° 56. Cfr. etiam n° 67, *Dixi sub initio*, et n° 83, *Cæterum protestor.*

(1) V. Billuart, *De act. hum.*, dissert. 6, art. 1.

§ VI. *Rejicitur probabiliorismus.*

42. Si nihil magis conforme est prudentiæ, ad cujus utique normam leges actiones nostras exigi postulant, quam ut in incertis illud agamus, quod probabilius esse videatur; probabilistæ laxiores, ut nuper vidimus, hallucinantur in eo, quod hanc regulam prudentiæ applicent quidem, ubi agitur de opinionibus favcntibus hominis libertati; non item vero favcntibus legi. Simili autem modo probabilioristæ deviant: nam, ubi duæ opiniones contradictoriæ, una pro lege, altera pro libertate, sibi invicem opponuntur, ac probabilitate fere æquali potiuntur, ita ut vel nullo modo, vel non nisi forte suspicando, major in alterutra probabilitatis gradus deprehendatur, prudentia eo in casu præcipit, ut nihil plus tribuatur uni quam alteri parti; et tamen probabilioristæ tunc semper obligant ad partem faventem legi. Verum, quandoquidem homo tunc proprie in dubio constituatur, S. Alphonsus, cum probabilistis moderatis, recurrit ad regulas pro solvendis dubiis moralibus seu practicis communiter probatas et usitatas, et modo pro lege, modo pro libertate pronuntiat.

43. Pace tamen tanti viri dixerim, in hac parte doctrinæ apparent et lacunæ, et præposteræ applicationes.

In primis enim his dubiis moralibus adnumerat etiam talia, in quibus certa et legitima possessio quæstionem definit; illa autem huc non pertinent: nam, ubi certa possessio datur, dubium e speculativo non fit practicum; et certa possessio jus tribuit certum, non solum dum dubitat possidens, sed et dum habet contra se opinionem probabilem vel probabiliorem, modo non moraliter certam; atque in hoc varii etiam probabilioristæ, saltem quod spectat bona fortunæ, consentiunt. Vid. Billuart, *De jure et just.*, diss. 4, art. 3, § 6; Carrière, *Compend de justitia*, part. 3, sect. 1, cap. 2,

n. 390. Itaque non suo principio substant, quæ inferuntur, lib. I, n. 31, n. 33, n. 35 et sqq, cum quibus cfr., lib. IV, n. 711 et 927; et lib. VI, n. 903, 904, 905.

44. Præterea hoc loco moneri lectorem oportet, quibus restrictionibus usus probabilis opinionis subjectus est, iisdem, in hac thesi, contineri benignam dubiorum interpretationem, in favorem scilicet libertatis. Ergo non valet aut in materia fidei; aut ubi agitur de valore Sacramenti; aut quando vi contractus ad tutiora quis obligatur, aut dum actus seu factum includit periculum damni vitandi.

45. Addendum denique agi de dubio stricte dicto : nam aliquando, in quæstionibus quoque facti, præsumptio tam vehemens est, ut tollat omne prudens dubium; quemadmodum diximus in fine § IV, n. 38; casum etiam habent *Rubricæ missalis*, tit. V, n. 2; et S. Alph., lib. I, n. 29, item lib. VI, n. 906 in fine, et alibi passim.

46. His igitur præmonitis, ut in dubiis moralibus, sive juris sive facti sint, dum adhibita morali diligentia veritas resciri, dubium vinci non potest, decidatur, utrum pro lege, an pro libertate pronuntiandum sit, videndum est pro qua parte stet possessio; atque ut hoc determinetur, S. Doctor duabus regulis utitur : una, *factum in dubio non præsumitur, sed debet probari;* altera, *in dubio omne factum præsumitur recte factum*, sive *standum est pro valore actus.* Lib. I, n. 26.

47. Priorem regulam, n. 27, statim applicat dubiis juris, quæ nempe ipsam legem vel intrinsecam ejus vim respiciunt, nam et lex facti quædam species est. Possunt autem dubia juris universa ad quinque vel sex capita reduci : vel enim 1° dubitatur, sitne lex aliqua lata vel promulgata an non; 2° utrum lex certo quidem lata et promulgata habeat hunc an illum sensum, v. g., prohibeat hunc contractum, ut usurarium. *Mor. Syst.*, n. 74; vel sitne ei aliquod onus annexum; vel extendaturne ad has vel illas personas, v. g.,

an lex Tridentini, sess. 13, cap. 7, comprehendat etiam laicos. Lib. VI, n. 268; 3° utrum qui legem tulit habeat jubendæ legis potestatem; 4° an egerit intra terminos suæ potestatis; sive lex sit honesta et justa; 5° fueritne lex abrogata, vel revocata, vel dispensata. Jam vero in his omnibus dubiis factum non præsumitur; si tamen 4^tum^ excipias, ob titulum certæ possessionis; ac similiter 3^ium^, ubi pacificam possessionem potestatis habet. Lib. I, n. 31, 98 et 99. Excipi etiam n. 97, cum Lacroix, a 1^mo^, si in dubio de promulgatione, lex fuerit jam usu recepta. — Sextum autem dubium juris circa hoc ipsum versari potest, an sit lex acceptata aut recepta; atque illud ex secunda regula solvendum est in favorem legis: factum enim præsumitur, quod de jure faciendum erat. *Ibid.*, n. 97; sive etiam inhærendo huic primæ regulæ ita resolvitur: quia scilicet factum, id est, delictum non acceptatæ legis in dubio non præsumitur.

48. Verum prædictarum regularum amplior multo applicatio est in dubiis *facti* particularis, quando lex quidem omni ex parte certa est et clara; sed ipsum *factum*, quod lex respicit, *dubium*. Porro ex multis, quæ occurrere possunt, pauca tantum attingit S. Alphonsus in suo *de conscientia* tractatu; nec satis distinguit unam speciem facti dubii ab alia. Enimvero non omnia illa dubia æqualia sunt inter se aut similia, sed variam varia facta connexionem habent cum ipso jure vel lege, id est, non omnia idem aut æquale momentum seu pondus habent in ordine ad existentiam aut non-existentiam, seu potius, in ordine ad applicationem vel non-applicationem legis certo existentis. Hujus autem distinctionis defectus lacuna in systemate est, et facit, ut in decursu operis reperias resolutiones, quas etsi probare possis, frustra tamen tentes conciliare cum regula generali; idque, nimirum ideo, quia nimis ea generalis est.

Sperare equidem non audemus, omnia nos enumeraturos esse, quæ hic distingui debent; sed tamen conabimur invenire quamplurima, vel certe magis obvia.

49. Igitur prima regula : *factum non præsumitur*, pro varietate vel diversitate facti sic erit applicanda :

1° In dubio facti, *fundantis*, ut ajunt, legem vel obligationem, sive quo posito lex vel obligatio oritur, lege non teneris : unde, qui dubitat, an in tali infirmitate vel periculo, emiserit *votum* vel *tale* votum, *voto* vel *tali* voto non ligatur. Lib. I, n. 28.

50. 2° In dubio facti, *applicantis* legem, sive quo posito legis certo existentis obligatio aliquem tangit, illa non teneris. Sic non est obligatio confitendi in dubio an peccaveris, vel si certo peccaveris, an mortaliter. Lib. VI, n. 474, *secunda sententia*. Similiter commune est inter DD., inquit, lib. IV, n. 562, § *prima sententia*, in dubio, an factum cooperationis ad damnum positum sit, vel an damnum secutum, nullam restitutionem, esse faciendam. Cfr. Gousset, *Théol. mor.*, tom. I, n. 953 et 1018. An vero idem etiam dicendum, si et de actione injusta constet et de damno, sed dubitetur, an hoc *inde* sit secutum ? S. Alph. *loc. cit.* § *secunda sententia* satis probabiliter affirmari dicit. Cfr. lib. IV, n. 657 et 658 ; verum opposita sententia videtur nobis probabilior : nam ubi dubitatur tantum de influxu, currit potius, ut videbimus (n. 62), secunda regula : *In dubio standum est pro valore actus*.

51. 3° In dubio facti, *supponentis* legem, sive quod ponitur, quia de eo datur lex, et quo posito satisfactum est legi, teneris lege : hinc qui vere dubitat, an legem, votum vel juramentum impleverit, tenetur adhuc implere. Lib. I, n. 28 et 29. Sic debet confiteri, qui certus de mortali commisso, dubitat an sit jam confessus. Lib. VI, n. 477.

52. 4° In dubio facti circa tempus *inchoantis* vel *finientis* legis, in primo casu non teneris ; teneris vero in altero. Lib. I, n. 32.

53. 5° In dubio facti circa *qualitates* vel requisita legis *permittentis* aut *concedentis jus* ad rem, functionem, aut quasi functionem ; aut *dantis privilegium* vel *exceptionem* a lege vel

obligatione ; si qualitas *negativa* est , uti absentia delicti aut impedimenti naturalis , ea in dubio præsumitur ; si *positiva*, ea probanda est. Sic si relictum fuerit legatum Berthæ, filiæ honestæ et consanguineæ ; quod honesta sit in dubio præsumitur, non quod consanguinea.

54. Hinc quia ob præsumptionem inopiæ consilii irritantur vota et sponsalia ante septennium, in dubio illius ætatis completæ judicantur valida, sive supponitur non defuisse usus rationis in eo qui vovit aut sponsalia contraxit. Contra , quia delictum non præsumitur, et onus certum non imponitur pro debito incerto , poterit communicare non confessus , qui sive positive sive negative dubitat, utrum peccarit an non mortaliter, elicita tantum contritione. Vide, lib. VI, n 475, et *Homo Ap.* tr. 15, n. 34, apud Gousset, *Théol. mor.*, tom. 2, n. 250.

Poterit similiter communicare, qui dubitat, an aliquid cibi vel potus deglutiverit, vel an post duodecimam noctis horam. Lib. I, n. 33 et 39 cum lib. VI , n. 282. Verumtamen , quum in omni dubio, antequam jus aut fas sit regulas pro solvendis dubiis in favorem libertatis applicandi, veritas ipsa inquirenda sit, seu dubium prudenter examinandum , ut fieri possit prudens determinatio pro libertate; si quis nocte evigilans bibit , nesciens vel dubitans an jam sonuerit duodecima, et sciverit fore, ut nulla ratione possit postea prudenter examinare suum dubium , subit ille onus probandi se esse jejunum, et quum hoc probare non possit , amittit jus communicandi. Et certe , nisi ita hanc resolutionem intelligamus, absurda sequerentur : posset enim quis quacumque hora noctis evigilans et ignorans quota sit, undecima, secunda an quarta, tuto bibere, et postea iterum dormiens et nihil magis sciens mane de hora, qua bibit, tuto communicare. Vide Sasserath , *de Conscientia*, qu. 7, res. 20, et Lacroix , lib. VI, part. I , n. 578.

55. Et altero autem hujus numeri 5 (53) distinctionis membro infertur, non posse, v. g. , audire confessiones illum , qui dubitat an obtinuerit jurisdictionem , vel an ad

casum reservatum, vel an ea exspiraverit. Similiter, quia ætas est qualitas positiva prærequisita ad Ordines, non potest ille suscipere ordinem, qui dubitat utrum legitimam ætatem compleverit. Et idem est de ætate requisita ad matrimonium, et de libertate ejus, qui inire illud cupit; et, ob specialem rationem Sacramenti, ut jam notavimus (n. 29), idem generatim dicendum de omnibus dubiis facti circa impedimenta matrimonii, excepto uno. Lib. VI, n. 902, quær. 3, cum n. 1129, resp. 5.

56. 6° In dubio facti circa transgressionem legis *inducentis pœnam*, non ligaris pœna. Excipe tamen, juxta ante dicta, pœnam irregularitatis ex homicidio dubio. Gousset, *Théol. mor.*, tom. I, n. 83.

57. 7° In dubio facti *inducentis conflictum* legum seu jurium, servanda est lex dignior aut gravius ligans : ideo in dubio de crimine ejus, qui petit publice Sacramentum, quod sine infamia negari non potest et ad quod aliunde jus habet, hoc ei ministrandum est. Lib. VI, n. 48. Sic lib. IV, n. 1036, excusantur a jejunio sexagenarii, quia præceptum naturale servandi vitam præponderat præcepto ecclesiastico jejunii (*a*). In hac tamen specie dubii, si res divisibilis est et cætera paria, facienda est inter partes compositio : atque ita, seclusa possessione bonæ fidei, quæ jus certum tribuit, in dubio facti circa voluntatem testatoris, fit divisio pro rata dubii. Lib. IV, n. 928. Item pro rata dubii solvendum est debitum, in dubio an jam sit facta solutio. Lib. I, n. 34.

(*a*) Nous admettrions cet exemple pour le cas où l'on doute si le jeûne ne sera pas nuisible au sexagénaire; ce qui n'existe pas toujours : car nous connaissons des personnes qui ont passé soixante-dix ans et qui jeûnent sans éprouver aucune incommodité. Le principe, tel qu'il est posé par l'auteur, suppose nécessairement ce doute. S. Alphonse applique aussi ce principe au liv. IV, n. 325, dans le cas de doute si l'accomplissement du précepte ne sera pas nuisible. Pour le cas où il est certain que le jeûne ne sera pas nuisible, on doit appliquer, nous semble-t-il, le principe du n. 52. (*Rédact.*)

58. 8° In dubio facti *excusantis* a lege, teneris lege. Lib. 1, n. 97. Attamen, si lex sit valde molesta, v. g., dubitas an recitatio officii sit graviter nocitura sanitati, si non potest commode adiri superior pro dispensatione, potest præsumi, nolle ipsum obligare cum periculo gravis damni : recurrit tunc sæpe species dubii, de qua n. præcedenti; quod quidem dubium non tam circa ipsum factum, quam facti vim sive indolem versatur. Vide, lib. IV, n. 325.

59. Porro in vim alterius regulæ, quando de actu principali seu facto constat, et dubitatur, utrum positum illud sit debito modo, vel stipatum omnibus conditionibus et proprietatibus ad valorem requisitis, nisi forte jus aliter statuat, standum est pro valore actus, donec contrarium probetur.

60. Latissima iterum hujus principii applicatio est : Sic in dubio, an matrimonium, contractus, votum, confessio sacramentalis sint valida, pro validis habenda sunt. Lib. I, n° 26, cum lib. VI, n° 906, § *secunda sententia;* lib. IV, n° 201, quær. 3°; lib. VI, n° 505.

61. Sic etiam in dubio, utrum dispensatio sit valida, habenda est valida. Lib. 1, n° 182, lib. IV, n° 251; lib. VI, n° 1133.

62. Ob idem adhuc principium videtur obligandus ad restitutionem, pro rata dubii, qui dubitat utrum facto suo influxerit in damnum alterius, saltem ubi de ipso facto seu actu damnificativo certus est. V. Gousset, *Théol. mor.*, tom. 1, n°s 946, 953, 956; et supra, ubi de regula prima, n° 50.

63. Dubitari merito potest, utrum S. Alphonsus, in resolutionibus suis, semper principiis a se positis et adoptatis sit conformis? Et quidem ubi de *dubio positivo* resolvit, quod tantum intelligi potest de conscientia *probabili*, uti lib. I, n° 99, *Quid in dubio an legem impleveris*, explicari potest, quia cum hac, inquit, fere semper illud coincidit, Lib. I, n° 20; quamquam hoc negandum videtur, si consideremus, qualem probabilitatem ipse requirat, quando possessio est

pro lege, in solo dubio facti, v. g., Lib. I, n. 29 (*a*). Non est etiam contradictio, ubi ipse unum ex duobus principiis applicat, quando potius alterum applicandum videtur. Verum, num ita semper, dum eodem utitur in variis aut iisdem dubiis principio, an sibi consentiat, v. g., dum lib. III, n. 2, et lib. VI, n. 450, repetendam esse asserit confessionem, quia *certum* est defuisse aliquid ad valorem confessionis *probabiliter* requisitum? Videtur certe hæc resolutio a principio posito aliena; attamen recta, ob aliam rationem, vi cujus sub prima potius regula continetur; quia scilicet ille communicare non posset : nam, ut docet in *Hom. Ap.* Tr. 15, n. 34, si quis est certus de peccato commisso, non potest communicare, nisi *certus* sit se per confessionem probatum esse : unde ille cum dubio positivo aut negativo, an per confessionem recuperaverit gratiam, communicare non potest : quia ageret contra præceptum, quod requirit probationem non solum probabilem, sed etiam certam, sicut fuit certum peccatum (*b*).

(*a*) V. en outre ci-dessus, n. 13. (*Rédact.*)

(*b*) La raison de l'auteur ne nous convainc pas; elle prouve uniquement que, si l'on veut communier, on doit se mettre en état de grâce. Mais est-il nécessaire pour cela de répéter les péchés accusés dans la confession dont la validité est révoquée en doute ? Nullement : il suffit de faire une nouvelle confession qui, en admettant même la nullité de la confession précédente, aura la vertu de remettre *indirectement* les péchés confessés antérieurement. L'argument se borne donc à prouver la nécessité d'une confession ; mais non la nécessité de confesser de nouveau les péchés déclarés dans la première confession.

Le P. Heilig justifie d'une autre manière la solution donnée par S. Alphonse, Lib. VI, n. 450, nota 1. A l'objection tirée des principes de S. Alphonse (Lib. VI, n. 505), « Sacramento suscepto, standum »esse in dubio pro valore actus, ideoque in re præsenti confessionem »probabiliter validam non esse repetendam; » le P. Heilig répond : « Sed dicimus, quod si hoc verum foret, immunes etiam evaderemus a »repetenda confessione, quæ facta fuisset penes confessarium jurisdi»ctionem tantum probabilem habentem, *quod sane nullus moralista* »*non negabit.* » Ces dernières paroles sont vraiment étonnantes. Le P. Heilig oublie que S. Alphonse, Lib. VI, n. 573, dit que, d'après

64. Dubitari hic potest 2°, an juxta hoc secundum principium pronuntiari tuto possit pro valore testamenti, de

l'opinion *commune*, le confesseur peut absoudre avec une juridiction probable. L'opinion commune est donc que le pénitent ne doit pas renouveler sa confession. Sanchez, le cardinal de Lugo, les Docteurs de Salamanque, Lacroix, Viva, Lessius, etc., etc., qui tous embrassent cette opinion, ne mériteraient-ils plus désormais le nom de *moralistes?* Et S. Alphonse lui-même admet ce principe, Lib. VI, n. 572. Parlant d'un cas où il n'est que probable que l'Église supplée la juridiction du confesseur, il ajoute : « Et ideo probabiliter dicunt non esse obli»gandos fideles ad repetendas confessiones bona fide factas apud sacer»dotem, qui ex communi errore confessarius reputabatur. »

Il nous semble que, pour éviter la contradiction, S. Alphonse eût dû, comme il l'avait fait dans son *Homo Apostolicus*, Tract. XVI, n. 26, résoudre la question du n. 450 d'après le principe posé au n. 505 : c'est-à-dire qu'on doit tenir la confession comme valide. Le P. Heilig est d'un autre avis : « Procul dubio quidem standum pro valore actus, »cum lex sit adimpleta. imo confessiones præteritæ non sunt repetendæ, »quoties non constat ipsas fuisse invalidas, ast hic agitur nec de ser»vandis legibus nec de bonitate actuum suscipientium sacramenta »dijudicanda, sed de natura sacramenti seu de quadam proprietate »probabiliter ex jure divino ad valorem sacramenti requisita. Hinc »*S. Alphonsus*, *Lib.* 1, *n.* 51, etiam docet suscipientes sacramenta »opinione probabili uti non posse, ministrorum instar, qui tenentur »in tali casu sacramentum repetere. Licet enim post susceptum sacra»mentum nullum adsit periculum frustrandi sacramentum, opinio »tamen mere probabilis non efficiet, ut v. g., confessio probabiliter »valida, post factum jam fiat certe valida. » Les raisons du P. Heilig, prouvent qu'avant de recevoir le sacrement, on ne peut user d'une opinion probable; mais elles ne prouvent aucunement qu'on doive répéter les péchés confessés, dans le doute si le sacrement a été valide ou non. Quelle différence y a-t-il entre ce cas et celui du n. 505? Là aussi l'on doute si le sacrement a été valide, par conséquent s'il ne manquait pas une qualité requise de précepte divin pour sa validité. On pourra donc toujours dire pour le cas du n. 505, ce que dit le P. Heilig du cas du n. 450 : « Une opinion seulement probable ne rendra pas, »après le fait, *certainement* valide, une confession qui n'est que *proba»blement* valide. » Pour nous, nous trouvons la solution donnée au n. 505, plus conforme aux principes, et nous l'appliquerions au cas du n. 450, comme S. Alphonse le fait lui-même dans l'*Homo Apostolicus*, Tract. XVI, n. 26.

Du reste, quant à la contradiction entre le n. 450 et le n. 505, nous ne voyons pas comment on peut la nier, surtout quand on considère les

cujus valore dubitatur, quia destitutum fuit debitis solemnitatibus? R. Nihil obstare, quominus id decidatur ab eo, qui per tale testamentum est hæres institutus, si tamen alter non sit in legitima possessione, et ita, ut huic liber maneat recursus ad judicem. Lib. IV, n° 711.

65. Cæterum quod duabus his regulis absolvit S. Alphonsus, ut, in dubio practico, pro qua parte stet possessio, determinetur, nihil vetat, quin aliis et pluribus resolvatur : nihil in iis necessarium est, nisi ipsa ratio prudentiæ, qua nituntur. Fundantur autem, pro varietate nempe casus et dubii, modo in prudenti præsumptione communiter contingentium, modo in eo quod talis præsumptio conveniat ordini et bono publico, vel imbecillitati humanæ, vel denique æquitati aut stricto juri. Quod autem in particulari dubia juris spectat, nititur S. Alphonsus hoc principio : *lex dubia non obligat.* Jam vero ubi in dubiis *facti*, auctores utrimque disputant, deturne obligatio an non, semper ex dubio facti oritur dubium juris, an nempe casus sit comprehensus in lege, et de dubiis ejusmodi intelligendum videtur, quod dicit lib. I, n° 20, dubium positivum fere semper coincidere cum opinione probabili. Ubi autem hoc non fit ut in dubium juris

motifs allégués dans les deux passages. Dans le premier passage, S. Alphonse enseigne qu'on est obligé de recommencer la confession, parce que l'obligation de confesser le péché était certaine, et que la solution ou confession n'est que probablement valide : « Cum prima »opinio sit sufficienter probabilis, pœnitens qui gravem culpam et »certam perpetravit, tenetur de ea confessionem explere, non tantum »probabiliter, sed etiam certe validam. » Au n° 505, au contraire, il s'objecte le même principe, et répond : « Regula præfata tum currit, »cum adest præceptum, et dubitatur, an actus impletionis fuerit positus »vel ne; cum vero talis actus jam bona fide fuerit positus, et postea »dubitatur, an fuerit validus vel invalidus, tunc ille ut validus est »reputandus; tunc enim currit aliud principium, nempe quod in dubio »standum est pro valore actus. » S. Alphonse applique donc d'un côté le principe qu'il combat de l'autre, et cela dans des doutes semblables.

(*Rédact.*)

quæstio facti resolvatur, regula tamen recte applicatur, certitudo et securitas resolutionis hoc ipso nititur, quod illæ regulæ, quibus receptissima juris utriusque axiomata exprimuntur et applicantur, ab omnibus haberi possint ut tutæ. Id quod satis etiam declarasse censenda est S. Sedes, dum opera S. Alphonsi et theologica nominatim approbavit. Nihilominus in praxi videndum quoque erit, an non hæc aut illa dubii aut legis interpretatio alicubi repugnet communi sensui vel receptæ consuetudini; et optandum sane foret, ut ratio interpretandi leges et solvendi dubia moralia non tam absolute et exclusive urgeretur : cuilibet enim nationi sui mores sunt; non omnibus iidem.

66. Demum illud hic animadvertendum, si S. Alphonsus probabilismum moderatum propugnavit et docuit, eum tutiora, quæ pro seipso sequi se fassus est, aliis quoque consulere non omisisse.

DE LA POSSESSION,

PRINCIPE FONDAMENTAL POUR DÉCIDER LES CAS MORAUX.

(*Suite*) (1).

CHAPITRE XIX.

Application de la règle à d'autres cas.

195. Prenons dans un auteur probabiliste différents cas avec la solution qu'il leur donne, afin de montrer encore plus clairement la manière d'appliquer avec justesse notre règle de la possession : nous verrons en même temps la confirmation des diverses décisions apportées précédemment. Ouvrons l'ouvrage du P. Dominique Viva, jésuite, intitulé : *Opuscula Theologico-moralia.* Patavii, apud Manfre, 1721.

196. Dans le second opuscule, *quæst.* 1, *art.* 3, *n.* 4, l'auteur reconnaît que du doute spéculatif naît nécessairement le doute pratique, et conséquemment qu'il est impossible *per se loquendo* de séparer l'un de l'autre, et que cela est seulement possible « per accidens, si scilicet rationabilis causa subsit »formandi conscientiam practice certam sub ea dubitatione »speculativa. » Soulevons un peu le voile qui couvre cette doctrine. Le doute *spéculatif* existe, lorsque touchant la licéité d'une action considérée, abstractivement, il y a une probabilité solide pour l'affirmative et pour la négative. Le doute *pratique* n'est rien autre chose que le dictamen incer-

(1) Voir 2e série, p. 59, 382. 3e s., p. 204, 423. 4e s., p. 237, 380 et 536.

tain et irrésolu de la conscience. Si du doute spéculatif naît nécessairement le doute pratique, c'est reconnaître que la probabilité est incapable de former un dictamen de la conscience bien ferme et bien sûr dans ses actions. Et cela doit s'entendre de toute probabilité, plus grande, moindre ou égale, puisque toutes sont hors de la sphère de la certitude; elles produisent donc nécessairement l'incertitude et le doute *spéculatif* et conséquemment aussi le doute *pratique*. Donc celui qui suit une probabilité soit plus grande, soit moindre, pèche toujours en opérant avec un dictamen de la conscience qui n'est pas ferme. Donc le probabilisme et le probabiliorisme sont très-mal exposés lorsqu'on dit : « Qui sequitur opi-» nionem probabilem vel probabiliorem, prudenter agit et » non peccat. » Où se trouvera cette « causa rationabilis for-» mandi conscientiam practice certam sub dubitatione specu-» lativa? » Sans doute ce ne peut être la probabilité moindre, plus grande ou égale. Que sera-ce donc? Voyons-le dans les cas suivants.

Optime autem contingit, quod confessor id non judicet, imo quod judicet cum relapsurum, et tamen futurum speret ut tandem emendetur. Imo hoc judicium et spem plerumque habemus, et ad hunc finem absolvimus, ut ab ipso sacramento pœnitens roboretur, et benigne tractatus iterum ad medicum redeat, et penitus curetur, nec cadat amplius, sed in virtute proficiat (1).

«Etsi certior factus esses per revelationem divinam, ait Salvatori (2), quod cras pœnitens ille relapsurus sit et damnandus, si aliunde tibi veræ contritionis signa ostendat, illum absolvere debes; tum quia id exigit justitia, tum ut illi, etsi per unius horæ spatium, gratiam Dei conferas, pœnasque inferni æternas in tantum imminuas, quum peccatis pœna respondeat, et peccata remissa non reviviscant. Cur animam tantis bonis privas? Quanam auctoritate illud audes?» Eadem habet Reuter in suo aureo tractatu pro neoconfessariis, n. 33, ubi ait: « Neque indispositus ad absolu»tionem quis censeri debet, ex eo statim quod merito timeatur »relapsurus, aut etiam is id ipsum existimet: quia timor ille »et judicium possunt esse de præsenti voluntate bona mutanda »fortassis, non de vero defectu præsentis dispositionis.»

Ex supradictis lector facile conficere potest quam imbecille sit P. Caroli responsum ad propositionem damnatam quæ ei objicitur. Hujus propositionis proscriptio, inquit, non extenditur ad damnationem judicii prudentis per quod ille vere corde contritus præsumitur, qui confessionem legitimam instituit; sed ferit illum, qui absolutionem confert pœnitenti, cujus emendationis spem non habet: quod etiam damno ego (3).

7. Ut suum cuique tribuam, fatendum est P. Carolum ani-

(1) Cf. Francolinus. *Clerus Romanus*, tom. II, disp. 10, n. 7.
(2) *Instruct. confess.* Liége, 1837, p. 126.
(3) P. 371. *Eclairciss.*

madvertisse quod in confessario quandoque officium medici aliud expetat ac officium judicis, et quod « quando confes-»sarius, omnibus pensatis, judicat, ex absolutionis dilatione, »recidivum a relapsu præservatum, et in suo emendationis »proposito confirmatum iri, tunc absolutionem, quatenus »medicus, differre debeat. » Verum in praxi, ad nihilum fere recidit illud R. Patris principium, nam, juxta ipsum, medicina est *violentissima et periculosissima* (p. 200-204) et rarissime adhibenda. « Il faut tenir pour certain qu'il n'est »pas moins dangereux de refuser l'absolution à un récidif »de cent et de cent fois, qui croit avoir le cœur contrit, et fait »toute la pénitence extérieure à laquelle il est obligé, que de »la refuser à un récidif d'une fois qui croit être disposé. Car »la confession ne se faisant que sur l'espoir de l'absolution, »c'est donner occasion au pénitent qui se croit disposé, de »ne plus revenir à confesse, et par conséquent de se déses-»pérer. Or, il vaut cent fois mieux s'exposer à être trompé »dans une question de fait incertain, en croyant contrit celui »qui ne l'est point, que de s'exposer au moindre danger d'être »cause que le pénitent ne revienne plus à confesse (1). » Ubi ergo locus erit absolutionem differendi, si hæc medicina tanta mala producere nata sit ?

8. Meliori ordine faciliorique sermone *Dissertationem theologicam de absolutione sacramentali percipienda et impertienda* exornavit P. Hier. Henneguier, ordinis Fratrum Prædicatorum alumnus (2), qui, in secunda operis parte, suum systema de absolvendis recidivis clare luculenterque exponit.

Primo, nihil ad quæstionem dilucidandam conferre distinctionem consuetudinarios inter et recidivos statuit. « Parum »aut nihil ad præsens propositum facit discretio quam inter »relapsos seu recidivos et consuetudinarios varii anxie quæ-

(1) P. 470. *Eclairciss.*
(2) Impress. Audomari 1682.

»runt et varie constituunt : etsi nemo inficiari queat quin »insit aliqua. » Cum de relapsis proprie agit, illos ita definit : « Non consuetudinarii sed relapsi dici debent qui, pravo »habitu remanente nec extirpato, vi hujus mali habitus »adhuc perseverantis, retractati tamen per pœnitentiam et »aliqualiter emendati, reincidunt in peccatum de quo pœni»tuerunt (1). »

His præmissis sequentes profert propositiones, easque probare studet :

I. Si ii, qui ad sacrum pœnitentiæ tribunal accedunt, quantumvis relapsi sint et consuetudinarii, rationabiliter creduntur vere de præterito dolere, et futura cavere velle, non debent (2) sine absolutione dimitti.

2. Ex relapsu quantumvis frequenti atque ex consuetudine quantumvis etiam inveterata, non potest inferri rationabiliter defectus dispositionis ad pœnitentiæ sacramentum requisitæ. Ratio, quia post relapsus centies et centies repetitos, stat aliquem concipere verum dolorem de suis peccatis, et, consuetudine quantumvis inveterata non obstante, habere absolutissimum deinceps mortaliter non peccandi propositum.

3. Accedenti ad confessionem et dicenti sibi inesse verum de peccatis dolorem cum absoluto emendationis proposito, quantumvis relapso et consuetudinario, si aliud non obstiterit, fides adhiberi debet, nec est quod in eo pro absolutione conferenda confessarius hæsitet. Præcipua hujus propositionis demonstratio innititur verbis Christi, Luc. 17 : « Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, et si pœni»tentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccaverit »in te, et septies in die conversus fuerit ad te pœnitens »dicens : pœnitet me, dimitte illi. » Ergo prolato a pœni-

(1) *Dissert. cit.*, p. 138.
(2) Id est *non possunt*, ut ipse P. Henn. explicat.

tente, *pœnitet me*, etsi septies in die relapsus fuerit, dimittendus est absolutus.

4. Confessarius si relapsis et consuetudinariis consultum velit, eos ad promptam et frequentem peccatorum confessionem adhortabitur, ipsisque citra moram et quam citissime absolutionis beneficium impendet. Cujus consilii prudentiam comprobant, tum doctrina Catechismi Romani, 2 part., cap. 5, n° 32, tum fructus ex absolutione digne recepta manantes. Ad pravos enim habitus eradicandos qui, veluti peccatorum reliquiæ, dimisso etiam peccato, manent, nihil ita conducit, prout gratia sanctificans et boni actus ex ipsa procedentes. Igitur perquam improvide tentaret quis, ante obtentam per absolutionem Dei gratiam, pravas inclinationes, habitus, consuetudines debilitare, infringere et extirpare, quum tunc maxime vigeant, in toto suo robore persistant, in subjecto dominentur, absitque validissimum adversus eos præsidium, scilicet gratia Dei sanctificans et operans.

9. Præcipuam adversariorum objectionem sibi proponit P. Henneguier, eamque sequenti modo diluit. Dices : Non licet confessario accedentem a peccatis absolvere, nisi in ipso appareat et rationabiliter præsumatur vera conversio : atqui in accedente toties relapso non potest hoc rationabiliter præsumi : ergo pro nunc non potest absolvi, sed ad minus differri debet. Probatur minor, non magis præsumi potest de præsenti conversione ipsius, quam de præteritis conversionibus in aliis confessionibus ; atqui constat quod conversiones præteritæ non fuerint veræ, sed falsæ et simulatæ ; ergo nec de præsenti potest aliter judicari.

Respondet in primis, argumentum istud, si quid probat, directe impetere traditam a Christo doctrinam (Matth. XVIII, 22. Luc. XVII, 4). Dein negat minorem, quæ si vera esset, sequeretur, non esse differendam, sed negandam absolutionem, utpote indisposito, nec habenti materiam neces-

sariam. Si relapsus est, non ideo quia ipsi defuit propositum, sed quia non perseveravit in proposito. Ideo enim pœnitens etiam frequenter in peccatum relabitur, non quidem defectu veræ contritionis et veri propositi, sed voluntatis libertate et inconstantia; unde hæc sola frequenti ex relapsu inferri potest et debet, non vero carentia veræ conversionis et veri propositi.

Prædicta satis inter se cohærent et systema logice coordinatum est; verum quædam alia in dissertatione continentur, quæ cum hucusque dictis minus conveniunt. Agendo enim de dispositionibus ad absolutionem requisitis, consuetudinario negandam esse docet, eo quod sit in occasione proxima intrinseca peccandi, nisi pro consuetudinis amotione aut saltem coercitione serio adlaboraverit.

« Quod ut clarius evadat, ponatur, inquit (1), quod eorum » quispiam ad confessionem accedat, quem prava et invete- » rata consuetudo, atque ex consuetudine et habitu nata libido » in frequentes blasphemias adegit... Oportet quod perseve- » rantia in illa prava consuetudine, atque ejus emendandi » negligentia fuerit omnino voluntaria atque in se peccatum; » cum non nisi ab ipsa peccati rationem obtineant quæ post- » modum vi ipsius etiam indeliberate fiunt. Ergo cum nec » modo pro ea consuetudine amovenda accedentes quidquam » adlaboraverint, consequens fit, quod nec modo (etsi appa- » reant de actibus inde consecutis dolere et futuros cavere velle), » de ipsa doleant; sed quod ad ipsam perinde se habeant ac » ante : ut proinde etiam nunc in causa velint actus præte- » ritos quos in speciem detestantur. Taliter autem dispositos, » vel potius indispositos, quis sacrorum judicum absolvere » audeat ? »

Omnium sane mens capere non poterit quomodo P. Hen-

(1) *Dissert. citat.* part. 2, art. 3, n. 12, p. 131.

neguier, ante absolutionem, conatus et labores ad eradicandam consuetudinem requirat, dum ipse doceat hos conatus maxime per sacramenti gratiam causari, imo relapsus quantumvis frequentes nullum præbere argumentum de præsenti pœnitentis indispositione.

Quidquid sit de hac contradictione, indubitatum manet systema P. Henneguier idem esse quod supra expositum est. Nam *a*) amici et adversarii illum habuerunt ut hujus systematis fautorem : *b*) pars libri maxima agit de recidivorum absolutione, qui proprie scopus est auctoris : *c*) tandem *consuetudinarii* notionem a communi alienam habere videtur, quasi ille consuetudinem diligat nec deserere velit.

11. Systema P. Henneguier, sed logice admodum contextum, et theologorum sanctorumque auctoritate fretum, paucis abhinc annis, iterum suscitavit posthumum opus P. Faure : *Dubitationes theologicæ de judicio practico, etc.* (1). Pauca de hoc libello occurrent dicenda, quum jampridem critico examini, pauloque forsan severiori, illum subjecerint *Miscellanea theologica.* Nullum novum argumentum adfert P. Faure, præterquam quod illud de *contritione existimata*, cujus imbecillitas in prælaudatis *Miscellaneis* demonstrata fuit (2). Satis ergo erit hic referre conclusiones, quas velut inconcussas tradit P. Faure.

« Certum est, inquit Suarez (tom. IV, *de Pœnitentia*, disp. 32, sect. 5, n° 2), si confessori constet pœnitentem esse rite confessum et dispositum, teneri sub gravi peccato illum absolvere : quod omnes theologi docent. Quia hoc postulat ratio justi judicii, et æquitas inter pœnitentem et confessorem. Debet enim judex, audita causa, judicare et absolvere reum, si dignus sit. Neque negare ergo potest

(1) Lucani 1840. Lovanii 1843.
(2) V. *Mélanges*, I^re^ Série, p. 127 seq., 2^e^ édition.

absolutionem, neque differre (1) : multo autem magis cum pœnitens exposuit criminosam vitam suam confessario, id est, cum opus peregit maxime arduum inter omnia quæ præscribit religio catholica, ut christiani cum Bellarmino fatentur.

»Huic doctrinæ Suarezii, quam modo transcripsi, adjunge aliam ejusdem doctoris (eadem disp. 32, sect. 2), quam sub initio hujus dissertationis dedi, et hic iterum transcribo. Quærit Suarez, « Quomodo debeat confessor certus fieri de dispositione pœnitentis. Et respondet I. Necesse esse, ut confessor, priusquam absolvat, prudenter et probabiliter judicet, pœnitentem esse dispositum : II. Hanc dispositionem ex duobus consurgere, scilicet : displicentia præteritorum, et proposito in futurum. Et quidem quod ad displicentiam attinet, facile potest sibi satisfacere confessor : quia si pœnitens in ipso modo confessionis et accusationis suæ præbet signa doloris, vel certe si est homo non valde rudis et apparet moratus, nullam diligentiam in hoc confessor tenetur adhibere : bene tamen semper faciet, proponendo et consulendo detestationem peccati : et quando non habet sufficientia signa doloris, potest et debet interrogare pœnitentem, an ex animo detestetur peccatum : *Cui affirmanti credere tenetur.* Et hoc idem dicendum est de proposito in futurum; quando ex confessione non oritur specialis aliqua obligatio resti-

(1) Suarez ne présente pas sa règle d'une manière aussi absolue que le pense le P. Faure : car, à l'endroit cité par le P. Faure, Suarez ajoute : « Ultimo tamen circa hoc advertendum est, hanc obligationem »absolvendi per se statim urgere, atque adeo sine rationabili causa »differri non posse : tamen si hæc causa intercedat, *non est dubium* »*quin differri possit in bonum, et commodum ipsius pœnitentis :* quod »prudenti judicio confessoris relinquendum est, qui hoc sine gravi »causa et magna consideratione facere non debet. » Le confesseur peut donc, lorsqu'il le juge utile au bien du pénitent, lui différer l'absolution, quoiqu'il apporte toutes les dispositions requises, quoiqu'il soit, pour nous servir des termes de Suarez, *rite confessus et dispositus.*

(*Rédaction*).

tuendi, vel relinquendi aliquam occasionem proximam peccandi, sed solum communis et generalis obligatio non peccandi de cætero. Neque oportet, ut confessor sibi persuadeat et judicet etiam probabiliter ita esse futurum, ut pœnitens a peccato abstineat : Sed satis est, ut existimet tunc habere tale propositum, quamvis post breve tempus illud sit mutaturus. Ita Doctores omnes. »

»Utraque hæc doctrina Suarezii cum Theologis et Doctoribus omnibus deserviat tibi loco præmissarum, ex quibus argumentationem ita concludas :

»Omnium Theologorum et Doctorum sententia est, confessarium sub gravi peccato teneri absolvere pœnitentem confessum, si illi constet eum esse dispositum. Hæc præmissa est ipsa Suarezii doctrina prima superius relata.

»Atqui confessario constat pœnitentem esse dispositum, quoties is vel in ipso modo confessionis et accusationis suæ præbet signa doloris, vel est homo non valde rudis et apparet moratus, vel, deficientibus signis sufficientibus doloris, interrogatus an ex animo detestetur peccatum, affirmat se detestari : idemque dicendum est de proposito, quando ex confessione non oritur specialis aliqua obligatio restituendi, vel relinquendi aliquam occasionem proximam peccandi, sed solum communis et generalis obligatio non peccandi de cætero. Hæc altera præmissa est ipsa Suarezii doctrina secunda superius relata. Ergo omnium Theologorum et Doctorum sententia est, confessarium sub gravi peccato teneri absolvere pœnitentem confessum, si is vel in ipso modo confessionis et accusationis suæ præbet signa doloris, vel est homo non valde rudis et apparet moratus, vel, deficientibus signis sufficientibus doloris, interrogatus an ex animo detestetur peccatum, affirmat se detestari : idemque dicendum est de proposito, quando ex confessione non oritur specialis aliqua obligatio restituendi, vel relinquendi aliquam occasionem proximam peccandi, sed solum communis et generalis obligatio non peccandi de cætero.

»Subsumo : Atqui in casu controverso consuetudinarii aut recidivi, ex confessione non oritur specialis aliqua obligatio restituendi, vel relinquendi aliquam occasionem proximam peccandi, sed solum communis et generalis obligatio non peccandi de cætero.

»Ergo in casu controverso consuetudinarii aut recidivi, si is vel in ipso modo confessionis et accusationis suæ præbet signa doloris, vel est homo non valde rudis et apparet moratus, vel deficientibus signis sufficientibus doloris, interrogatus an ex animo detestetur peccatum, affirmat se detestari ; idemque dicendum est de proposito ; in hoc, inquam, casu consuetudinarii aut recidivi, omnium Theologorum et Doctorum sententia est, nempe usque ad annum 1604 in quo Suarez vulgavit suum tomum IV in 3 p. *de Pœnitentia*, annis 34 ante Jansenianos exortos, confessarium sub gravi peccato teneri absolvere pœnitentem confessum. »

Verum notandum est auctoritatem Suarezii et antiquorum sibi falso vindicare, quum Suarezius luce clarius doceat confessarium, pœnitenti etiam disposito, absolutionem interdum differre posse, et speciatim recidivo qui suo proposito pluries defuit. Legenda sunt ea quæ referuntur *Miscellan. theolog.* (1). Addere tantummodo lubet aliqua Suarezii verba, scilicet ex disp. 32, *de Pœnitentia*, ad quam appellat P. Faure, deprompta. « Satis est, ait ille præclarus theologus, ut pœni»tens credatur habere firmum propositum suam obligationem »implendi, *cui credendum est*, præsertim si tunc primum »incidit in eam occasionem, seu obligationem, et *non est* »*inventus infidelis*, *vel inconstans in similibus propositis*, »*neque ex aliis conjecturis potest talis suspicio probabiliter* »*concipi* (2). » En quomodo Suarezius nullam limitationem suo principio ponat !

(1) 1re Série, p. 92, 118.
(2) Disp. 32, sect. 2, n. 3.

12. Theologus alter P. Faure fere coævus, cui nomen Salvatori, *Instructionem practicam pro novis confessariis*, Romæ edidit, an. 1802 et 1803, eo scilicet fine ut confessariis suaderet omnes absolvere pœnitentes. Equidem non asserit auctor absolvendos esse omnes pœnitentes, dummodo dicant se dolere et dispositos esse ; sed vult eos accurate examinandos esse, an revera sint dispositi, et omnem adhibendam esse curam ut præparentur ad absolutionem : scopus ejus est, ut confessarii, zelo divino repleti, pœnitentes indispositos moneant et disponant. Eorum præsertim modum agendi confessariorum impugnat, qui pœnitentem indispositum esse judicantes, ei dicunt : *Non possum te absolvere, redeas post tot dies, interea a peccatis abstineas.* Hoc systema ut valde perniciosum habet, quum experientia constet multos a sacramentis longo tempore abhorruisse, eo quod tali modo ipsos recepisset confessarius (1).

En ejus doctrina, qua juvante, confessarius in dubio facile anxietates deponet, riteque absolutionem impertietur.

1° Quando prudenter judicat confessarius suum pœnitentem esse dispositum, non potest ei differre absolutionem.

2° Nisi pœnitens ipse fatcatur se non esse contritum, confessarius semper judicare potest illum esse dispositum. Nam vel affert signa extraordinaria aut emendationis aut contritionis, et in hoc casu nulla est difficultas ; vel e contra nulla extraordinaria signa affert, tuncque confessarius illum præparare tenetur et absolvere.

3° Modus facilis efficaxque peccatorem disponendi sequens proponitur. Illum moneat confessarius de peccati gravitate et de malis ex eo secuturis. Ante oculos ponat quam stulte velit damnari, dum salvus fieri possit : et quam incerta sit conversio, si usque ad mortis articulum differatur. Media facilia et salutaria e peccatorum cœno surgendi breviter illi

(1) *Monitum auctoris.*

tradat. Tandem effectum exaggeret absolutionis in pœnitente disposito quem a peccatis solvit, dum e contra indispositum maledicto subjicit et sacrilegii reum efficit. Si facta hujusmodi exhortatione, pœnitens se dicit dispositum, absolvatur.

Rationes quibus hæc doctrina stabilitur hic referre supervacaneum est, quum nil novi habeant. Adnotare sufficiat quod, juxta Salvatori, absolutionis dilatio ad recidivos probandos non sit medium rationabile. Quomodo enim suorum peccatorum pondere pressus, absque sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ gratia, poterit peccator e suo miserabili statu surgere? Neque efficax est illa absolutionis dilatio, neque tuta. Nam quomodo certus esse potest confessarius quod pœnitens, dum redit, sit dispositus, et non mentiatur? Adde multos esse qui, ne ipsis differatur absolutio, vel peccata reticent, vel omnino sacramenta deserunt.

Quod ad propositionem damnatam attinet, multum ab ea differre doctrinam supralaudatam contendit, quum in illa legatur conditio, *etiamsi emendationis nulla spes appareat;* in ipsius vero doctrina, non modo aliqualis, sed vere fundata spes adsit emendationis.

13. Auctores plures ut patronos sui systematis adducit Salvatori; iidem sunt quos invocat P. Faure. De illis ergo taceamus. Innititur quoque Catechismo Romano, cujus verba sunt: « Si enim (sacerdos) audita confessione judicaverit, »neque in enumerandis peccatis diligentiam, neque in detestandis dolorem pœnitenti *omnino* defuisse, *absolvi poterit.* »Sin autem utrumque in eo desiderari animadverterit, auctor »illi et suasor erit, ut majorem curam, quod antea dictum »est, in excutienda conscientia adhibeat, hominemque »ut blandissime poterit tractatum dimittet. » Ex quibus ego consequenter dico, subdit Salvatori, *absolvi debebit*, quia maxime verendum est, ut verbis utar Catechismi, ne semel dimissi amplius non redeant. Si pœnitens absolvi potest, ideo

sane quia dispositus prudenter judicatur; sed aliunde monet idem Catechismus, si dimittantur pœnitentes, maxime verendum esse ne amplius non redeant. Ergo si confessarius absolutionem tunc neget, reus fit ejus perseverantiæ in peccato, si non redeat : imo etiamsi redeat, æque reus est confessarius, qui pœnitentem periculo non redeundi et permanendi in peccato exponit.

De hac consequentia postea. Hic animadvertere sufficiat Catechismum Romanum non sine causa verbum *poterit* elegisse, ne obligationem dandæ absolutionis indicaret. Quum tradat *doctrinam in Ecclesia communem*, ab illa quoque, in hoc casu, recedere noluit, quæ certa et communissima est apud Doctores, juxta quam confessarius, qua medicus, absolutionem ad tempus pœnitenti differre potest, quamvis eum esse dispositum judicet.

§ 2.

Systemata theologorum qui docent recidivis differendam esse absolutionem.

14. Inter innumeros, qui scriptis suis hanc doctrinam propugnarunt, paucos seligimus, ne in immensum hæc historia excrescat. Et primo sub silentio prætermittimus Jansenistas, quorum scopus manifestus erat fideles a sacramentorum usu deterrere (1) et tum disciplinam ecclesiasticam, tum dogmata fidei pervertere. Sequentia eorum opera indicare sufficiat : *Monita salutaria contra plures abusus in confessione et communione*, 1671; *Canones pœnitentiales a S. Carolo Borromæo collecti, quibus præmittitur compendiosa deductio, etc.*, 1672; *Manuductio ad virtutem pœnitentiæ, praxis pœnitentialis Ecclesiæ primitivæ*, 1673; *Tyrocinium Christianæ moralis*

(1) Hæc assertio constat ex iis quæ habentur in libro cui titulus : *Réalité du projet de Bourg-Fontaine, démontrée par l'exécution.*

theologiæ ; methodus retinendi et remittendi peccata , iterum impressa , 1674 ; *Specimina moralis Christianæ et moralis diabolicæ* , 1675 ; *Examen libri cui titulus Pentalogus, etc.* , 1679. Hi libelli a secta famosa in vulgus dispersi fideles pervertere , sacerdotesque a via recta abducere nati erant. Illos omittamus, et statim ad auctorum orthodoxorum opera transeamus.

Ex illis qui mediam supra relatos inter et rigoristas tenuere viam, primus se offert P. Carolus a Burgundio , cujus *Praxis solida et per Ecclesiam communissima remittendi et retinendi peccata* , Moguntiæ typis data est, anno 1675.

In hoc opere auctor rigoristas Huygens , Havermans , Gabriel , etc. , præcipue impugnat, quin tamen viam mentemque faciliorum ingrediatur, si quidem docet quod confessarius , qua judex sæpe recidivis absolutionem differre debeat.

Consuetudo ad lethalia peccata frequenter impellens est hostis internus, sæpius vim quamdam inferens ad mortaliter peccandum , atque occasio quasi proxima , licet interna, peccati mortalis , ut notat Sanchez (1). Absolvendus igitur non est, qui non vult , quum possit , consuetudinem mortaliter peccandi exstirpare. Et sic omnes docent auctores. Indubitatumque est apud theologos absolvi posse consuetudinarium, antequam reipsa consuetudinem , seu habitum vitiosum abstulerit ; non enim nisi longo labore et tempore auferri potest illa consuetudo. Verum plura manent disquirenda quæ ita ab auctore exponuntur et solvuntur.

15. « An absolvi possint consuetudinarii antequam vitam »aliquo jam tempore emendarint ?

»Constat consuetudinarium , qui jam antea a confessario »monitus, remedia præscripta adhibuit et peccatorum numerum imminuit notabiliter , posse statim absolvi. Constat

(1) In Decalog., lib. III, cap. 5, n. 32.

»etiam cum, qui nullam vitæ præmisit emendationem, absolvi »etiam posse, si instet mortis periculum, aut extraordinaria »et insolita det contritionis signa. Ita admittunt ipsi rigoristæ »Havermans, Huygens, etc. Sed quæstio superest an ordi»narie absolvi statim possit consuetudinarius qui nullam vitæ »mutationem præmisit, sed se jam contritum de peccatis »sincere accusat? Negant illi Jansenistæ; sed affirmant omnes »passim, tum antiqui tum recentes theologi, saltem prima »vice qua se illis peccatis accusat. »

Illorum doctrina et auctoritate fretus, sequentes auctor stabilit propositiones.

« 1° Absolvi statim ordinarie potest consuetudinarius prima qua se de consuetudinis suæ peccatis, cum significatione doloris, accusat vice, præsertim si ultro, nulloque urgenti præcepto, aliove ad confessionem venerit; sic enim ab omnibus et docetur et practicatur, ratioque suadet, quum nihil abest quominus illum rite dispositum credat confessarius.

»2° Absolvi etiam ordinarie statim possunt consuetudinarii recidivi, qui post confessiones præcedentes, aliquo sese modo emendaverint, rarius aut difficilius peccaverint, aut remedii aliquid contra consuetudinem adhibuerint, jamque sincere asserunt contritos se esse. Ita communiter auctores. Quia tunc non deest fundamentum ut probabiliter judicemus illos hic et nunc vere contritos. Quinimo, addit auctor, existimo quod si recidivi illi consuetudinarii nunquam antea de adhibendo remedio fuerint moniti, nec ipsi quæ essent adhibenda sciverint, et se paratos ostendant pœnitentes ad ea quæ confessarius suggerit adhibenda, seque vere contritos asserant, absolvi statim possint, cum rite nunc sint dispositi. Probabile enim judicium sufficit ut confessarius pœnitentem possit absolvere, ut docent Vasquez, Sanchez, Diana, Arriaga, Lugo, Suarez, Perez, Palao, Coninck aliique passim cum S. Carolo, S. Thomas et Catechismo Romano. Ratio patet, quia parum credibile est, quod sacramenti pœnitentiæ pro

omnibus peccatoribus institutor, Christus aliud in confessario ad dandam absolutionem, quam probabile requisierit judicium de pœnitentis debita dispositione, cum aliud vix unquam haberi possit.

16. » 3° Consuetudinariis qui jam aliquoties de consuetudinis suæ peccatis confessi sunt, sed deinde nec difficilius, nec rarius peccarunt, nec media ulla contra relapsum, aut consuetudinem adhibuerunt, nec jam majora quam ante, dant signa doloris et propositi, differenda est absolutio. Ita communiter theologi et probatur. Cum propositum et contritio cujus in præcedentibus confessionibus signa dederunt, merito judicentur non vera, sed fictitia fuisse, eo quod nulla ex tot vicibus effectum aliquem deinde habuerint, judicari prudenter non potest eos jam verum propositum et contritionem habere, cum non alia jam habere noscantur quam prius, nec majora quam ante contritionis signa.

» Imo etsi pœnitens crederetur dispositus, posset ei differri absolutio : vel enim consentit dilationi vel non. Si consentit, nulla difficultas, ut docet Lugo, dicens in hoc omnes convenire. Si vero non consentiat, quamvis J. Sanchez, Moure, Sotus, Ledesma, Navarrus et alii apud Moyam, tr. 3, disp. 7, quæst. 5, num. 11, contendant illud confessario non licere, multo plures alii, Lugo, Dicastillo, Arriaga, Hurtado, Bosco, Moya, etc., communissime docent illud interdum fieri posse. Quia dilatio illa expedit interdum pœnitenti. Quamvis enim pœnitens habeat jus ad sententiam et absolutionem obtinendam, non tamen ad obtinendam statim et sine mora. Sed secundum quod judex ad majus ipsius bonum, judicabit expedire, ideoque prudentia aliquando exigit talis remedii usum, ut loquuntur prælaudati theologi.

« Ego sane existimo, pergit auctor, ordinarie hominibus ad peccatorum relapsum evitandum, profecturam magis concessionem absolutionis quam ejusdem dilationem : et cæteris paribus, pœnitenti vere a peccatis absoluto quam non

absoluto, facilius erit peccata deinceps vitare, cum ille, non hic, sacramentali ad id juvetur gratia. » -

Ut perspectum cuique est, hujus systematis argumenta ad hoc unum reduci possunt. Ex præcedenti relapsu dubiam habet confessarius pœnitentis dispositionem, et ideo illum absolvere nequit.

Imo etsi de ejus dispositione certior factus esset confessarius, posset tamen tanquam medicus ei differre absolutionem. Posteriorem partem ultro amplectimur et infra stabiliemus; sed quoad priorem plura sunt perpendenda, quæ inter animadversiones referentur.

17. Doctor Nicolaus de la Verdure ex professo contra R. P. Henneguier et Carolum ab Assumptione scripsit *Defensionem tractatus de modo quo sese debet gerere confessarius, respectu illorum pœnitentium qui sæpius in eadem peccata relabuntur*, Duaci, 1684 : in qua primum suum refert systema, deinde rationes ab adversariis allatas impugnat. Hæc ejus doctrina.

«Dico 3° : si contra, advertat eum statim post ultimam con»fessionem peccasse sine vehementi et diuturna tentatione et »passione; neque eleemosynas, neque sacrificia Missæ, »neque jejunia præmisisse, prudenter eum inducet ut con»sentiat absolutionis dilationi, puta ad sex aut octo dies.... »Aget vero confessarius cum pœnitente, non austero, sed »leni et mansueto modo, conformiter ad id quod de Salvatore »nostro dicitur, *Non clamabit*, etc. Is. 42, neque severe »arguet pœnitentes. Porro sacerdos illo tempore quo absolu»tionem differt, ordinabit pœnitenti singulis diebus aliqua »pia opera et exercitia, pro qualitate personæ et peccatorum »quæ commisit. »

Verum quid aget confessarius, si in casu hujus conclusionis nolit pœnitens admittere dilationem absolutionis ?

Respondet auctor cum Hurtado ad hoc non requiri pœnitentis consensum. Oportet enim ut medium sit efficax et mordeat acriter : acre enim remedium exigit infirmitas

radicata, ut evellatur. Modo tamen, ut addit auctor, ex dilatione absolutionis pœnitens in desperationem non inducatur, aut ex ea aliquod gravissimum damnum non patiatur. Esset enim quasi casus necessitatis, ad quem etiam reducitur casus in quo sacerdos, qui in eadem peccata sæpius relapsus est, obligatur ad celebrandum.

Dein probat suam thesim, tum auctoritate theologorum, tum ratione. Quum enim sacerdos non possit prudenter judicare cum qui, in casu conclusionis, sæpius relapsus est in eadem peccata mortalia, habere veram de illis pœnitentiam, et propositum efficax amplius non peccandi, sed merito ejus contritionem suspectam habeat : tenetur absolutionem differre.

Perspicuum est nihil novi in hac doctrina tradi, unde ad objectionum solutionem illico gradum facio.

18. Dixerat P. Carolus ab Assumptione emendationem non esse signum a Christo institutum, ad testificationem dispositionis interioris. Respondet De la Verdure, quod revera præcedens emendatio per aliquod tempus non sit signum requisitum ad confectionem sacramenti ; sed quod sit signum necessarium ad cognoscendam pœnitentis contritionem, saltem in hoc casu ; quia alias ejus dispositio dubia confessori remanet. Unde sequentem illationem, quæ systematis compendium est, ponit. « Nihil pœnitens egit ad evitandum mortale »peccatum in quod sæpius relapsus est, et a quo pluries abso»lutus est, signanter post ultimam confessionem, nec ab »ultima confessione passus est graviorem tentationem, nec »ad peccandum lethaliter vehementius passione commotus »est : igitur merito ejus dispositionem dubiam vel suspectam »confessarius habet, et ei absolutionem differt, nisi necessitas »aliud suadeat. »

Juxta principia P. Caroli, etiamsi nulla sit in pœnitente spes emendationis, potest tamen judicari dispositus : quia

dispositio non est futura emendatio, sed voluntas sese emendandi. Id negat De la Verdure; quia nullus sanæ mentis potest prudenter judicare in illo pœnitente nullam esse spem emendationis, qui sincere dolet de peccatis propter Deum summe dilectum, cum proposito non peccandi de cætero : sicut nec prudenter credere potest sacerdos talem non se emendaturum, licet recte timere possit. Quia, teste D. Thoma in suppl. q. 25, a. 1, ad 4, majus remedium præbetur contra peccata vitanda ex gratia, quam ex assuetudine nostrorum operum.

Sicuti jam supra notavi, illa, quam impugnat De la Verdure, doctrina non est P. Caroli, licet ex ejus principiis fluat, et admittatur a Salvatori aliisque. Sed imbecillis omnimode responsio est, quæ negat illud, quod ab omnibus ultro admittitur, pœnitentem scilicet judicari posse prudenter dispositum simulque brevi relapsurum.

19. Tandem auctor argumento P. Caroli sub littera *h* relato (p. 171.) respondet : 1° In casu conclusionis, confessarium inclinari magis in hoc quod fiat relapsus potius ex carentia propositi quam ex ejus mutatione; et ideo confessarius prudenter indispositum judicat pœnitentem. 2° Peccatum relapsus quod potest fieri ex carentia propositi, vel ex mutatione propositi, si committatur, dubium est a qua causa proveniat : ergo dubium est an pœnitens in præcedenti confessione fuerit contritus. Porro confessarius non habet urgentiora motiva quibus inducatur ad credendum hunc pœnitentem esse melius dispositum, in præsenti confessione, quam fuerit in præcedenti : ergo sicut in præcedenti confessione, prudenter dubium habuit ejus efficax non peccandi de cætero propositum, ita et illud in præsenti confessione prudenter dubium habet : hinc dubia est ejus dispositio, quæ tamen essentialiter requisita est ad recipiendam absolutionem sacramentalem, ac proinde extra casum necessitatis, ei differenda est absolutio.

Ad argumentum P. Henneguier quod in verbis Christi,

Matth. XVIII, 22, et Luc. XVII, 4, fundatur, respondet imprimis : disparitatem esse quod ibi agatur de peccato in teipsum commisso, et nulli noceas, si condones : at absolvendo recidivum in casu, fit injuria sacramento pœnitentiæ, quum periculo nullitatis exponatur. Insuper addit argumentum esse de sensu scripturæ accommodatitio, sicque minoris valoris.

Hæc dilucide tractat doctor De la Verdure, qui tamen in hoc præcipue peccat, quod confessarium unice qua judicem, non ita qua medicum consideraverit.

20. Jam refrixerat ardor controversiæ, dum anno 1694, Leodii editum est a fratre Simone Bourguignon, ordinis Minorum Recoll. *Praxis media inter rigiditatem et laxitatem nimiam, circa absolutionem, etc.* : breve quidem opusculum, sed rebus plenum.

Primum easdem stabilit conclusiones ac Pater a Burgundio et De la Verdure, postea quartam resolutionem emittit quæ sic sonat :

« Si vero ter quaterve a confessario admonitus, nec quid-» quam curæ aut laboris ad tollendam consuetudinem appo-» suerit, nec peccatorum numerum minuerit, omnino absolvi » non potest, nisi in casu necessitatis, aut nisi particularia » et extraordinaria signa pœnitentiæ in illo appareant. » Ita fere omnes theologi quorum textus prolixe refert. Deinde propositionem probat eadem ratione qua supralaudati auctores. Alia tamen argumenta addit, nempe quod hujusmodi pœnitens sit in occasione proxima, dein quod in illo nulla spes emendationis appareat.

Sed ulterius progreditur. Secundæ quæstionis resolutio sequentis est tenoris. « Etiamsi confessarius probabiliter » judicet aliquem pœnitentem esse vere contritum... potest » illi differre absolutionem ad certum tempus. » Ita Lugo, Delrio, Suarez, Bosco, et alii, tum quia non tantum judex sed et medicus est ; et, qua talis, remedia profutura seligere

et applicare debet : tum quia potest confessarius obligare pœnitentem ad implendam pœnitentiam ante absolutionem, quando id judicat necessarium aut utile pœnitenti : demum quia sicuti minister baptismi potest ad aliquod tempus baptismum differre catechumeno, quem judicat probabiliter esse satis instructum, quando moram necessariam vel multum utilem, ad obtinendam in christiana fide perseverantiam, judicat : ita similiter confessarius, pœnitentiæ minister, absolutionem differre potest, dum judicat moram esse necessariam vel valde utilem recidivo. Nec pœnitens habet jus ut sententia absolutionis in illum cito proferatur. Imo addit et probat conclusionem de qua fusius postea, quod aliquando sit consultum differre absolutionem consuetudinariis, etiamsi sufficienter contriti et dispositi judicentur.

Jam videt lector difficultatem hic jam melius attingi, et confessarium non ut merum judicem, sed et ut medicum considerari : ad quod non satis attenderunt alii auctores.

21. Verum recentioribus hisce temporibus, theologus et sanctitate et scientia insignis, B. Leonardus a Portu Mauritio, horum posteriorum systema amplectendo, ad praxim præcipue se convertit, et recidivorum confessarium ut medicum præcipue consideravit.

Quum haud paucis scientiam et zelum ac prudentiam confessariis deesse animadverteret, indeque innumeras animas in æternum damnari, maximo cum animi dolore videret, tanto malo mederi cupiens, normam, in neganda aut impertienda absolutione servandam, tradere studuit. Malum maxime provenit, juxta ipsum, ex nimia absolvendi facilitate, ideoque severius agendum confessariis prædicat. Doctrinam ejus et praxim continet libellus, cui titulus : *Discursus mysticus et moralis*, etc., italico sermone conscriptus (1).

In illo docet 1° pœnitenti recidivo, qui non singularia dolo-

(1) Versione latina utor, Ypris impressa 1774.

ris affert testimonia, absolutionem differri aut negari debere. « Lubens scirem, ait p. 37, cur S. Sedes condemnet proposi- »tionem, quæ non vult, ut pœnitenti recidivo et consuetudi- »nario differatur absolutio, dummodo lingua proferat se »dolorem habere et propositum? Sane non alia de causa, »quam quia spectat ad prudentiam confessarii, qua judicis »et medici animarum, ante pronuntiatam sententiam formare »judicium prudens et probabile, quod in pœnitente sit vera »interna dispositio, sine qua nihil operatur absolutio, et »frustraneum redditur sacramentum : et quia ex frequen- »tioribus lapsibus et relapsibus, quibus miser recidivus et »consuetudinarius succumbit, magna nascitur præsumptio, »quod revera prædicta interna careat dispositione, ac »in eo verus dolor et propositum, seu materia proxima »Sacramenti deficiant, justissime dicta propositio condem- »natur tanquam erronea, scandalosa. »

2° Quod si unum ex sequentibus afferat signis, potest pœnitens absolvi, quia tunc judicium prudens de ejus dispositione efformare potest confessarius. *a*) Si pœnitens nunquam fuit admonitus a confessario, nuncque remedia proposita acceptat. *b*) Si dolorem affert specialem et lacrymis profusus confitetur. *c*) Si tempore Missionis aut exercitiorum, statuit novam inchoare vitam. *d*) Si ex parte se emendavit. *e*) Si a sinistro quodam casu motus ad confitendum accedit. *f*) Si internam sentit inspirationem ad inquirendum bonum confessarium, et sponte sua pedibus ejusdem advolvitur. *g*) Si in articulo, vel probabili periculo mortis est constitutus.

3° Quamvis non desint auctores classici cum fundamento rationis propugnantes, posse etiam in relatis casibus, licite differri absolutionem : ordinarie tamen in praxi id erit haud conveniens, maxime si timetur pœnitentem irritatum aut perterritum se in desperationem daturum, vel ad sacramentum pœnitentiæ non tam cito amplius accessurum.

22. 4° Posteaquam veræ dispositionis indicia tradidit, ea

refert quæ indispositionis et fictæ larvatæque contritionis argumentum præbent, quæ si habeat peccator, « certe a »nullo confessariorum est absolvendus, nisi notam inobedientis »filii Ecclesiæ velit incurrere. » Sunt autem. *a*) Si pœnitens admonitus pluries semper redit cum iisdem peccatis. *b*) Si non dat indicium majoris abominationis peccatorum. *c*) Si remedia non applicasse illum non multum pœnitet. *d*) Si nullum ad se emendandum conatum adhibuit. *e*) Si ad confitendum venit obligatione adactus. *f*) Si culpas excusat pœnitentiasque acceptare detrectat. *g*) Si videatur vehementi propensione totus in peccatum defixus. « Si in adductis casibus, »omnibus circumstantiis bene pensatis, probabile judicium »de dispositione pœnitentis formare nequit, et multo magis si »cum vere indispositum censet, confessarius debet negare »absolutionem, et si dubitet, omnem ei adhibendum conatum, »ut admonitionibus charitate plenis, et fervidis exhortatio»nibus eum disponat : et quando nequit dubium suum »deponere, differendam esse absolutionem, donec pœnitens »certiora bonæ dispositionis signa ostendat. »

Ad praxim deinde accedens, remedium sæpissime efficax in differenda absolutione reperit. Frustra enim tentares illos per vehementem exhortationem disponere (p. 50.) « Estote, »ait, persuasi præcipuum efficacissimumque remedium ad »reducendos in viam bonam peccatores, esse absolutionis »dilationem... Deficientibus indiciis internæ dispositionis, »prudentiæ rectissima regula erit absolutionem differre... »Praxis hæc constanti usu a pluribus Dei servis retenta, est»que menti Ecclesiæ catholicæ conformis (1). »

23. Praxis ergo a B. Leonardo tradita doctrinæ ejus conformis est illamque corroborat. Qua judex, confessarius recidivum nequit absolvere; qua medicus, utilissimum habet remedium dilatæ absolutionis.

(1) P. 57-59 *passim*.

Interea notandum, quod ex signis indispositionis suprascriptis, nullum, si sextum (/) excipias, ut infallibile in rigore haberi possit; nam cum proposito et contritione, imo cum signis extraordinariis compossibilia sunt. Ad sextum quod attinet, æque valet pro pœnitentibus omnibus, sive ex fragilitate sive ex consuetudine peccaverint. Ex dictis supra, facile intelligitur discrimen doctrinæ P. Leonardi et Salvatori. Prior faciliores confessarios sine delectu omnes absolventes reperit, fructumque uberrimum ex absolutionis dilatione colligit. Inde doctrinam severiorem amplexus est. Posterior vero malum oppositum suo tempore invalescere existimans, confessarios duriores, zeloque animarum expertes increpat, faciliorumque principia probavit. Prior non negat, quandoque cum fructu etiam recidivo non emendato absolutionem impertiri posse, sed hæc est exceptio, non regula : et sæpissime, ne dicam semper, ipsi remedium efficax est absolutionis dilatio. Posterior dilationem absolutionis habet ut medium vix practicandum et semper periculosissimum ; disponere autem pœnitentem et absolvere utilissimum.

Hæc pro controversiæ historia sufficiant. Nunc argumenta ad trutinam revocanda sunt, probationum responsionumve valor librandus, et tandem quid pro praxi concludendum, definiendum.

DE LA POSSESSION,

PRINCIPE FONDAMENTAL POUR DÉCIDER LES CAS MORAUX.

(*Suite*) (1).

CHAPITRE XXI.

Réponse à quelques difficultés.

222. *Objection I.* Un juge, lorsqu'il ne peut trouver des raisons certaines en faveur de l'une des parties litigantes, doit porter la sentence en suivant la plus grande probabilité (2). Et après deux ou trois jugements conformes, selon les cas, le possesseur, s'il perd sa cause, est dépouillé de sa possession. Donc *premièrement*, il n'est pas vrai que dans les cas douteux, on applique la règle de la possession : ici le juge suit évidemment la plus grande probabilité, même contre la possession. Donc *secondement*, pour dépouiller quelqu'un de sa possession, il n'est pas nécessaire d'avoir la certitude morale ; c'est assez d'avoir une probabilité, au moins une plus grande probabilité.

223. *Réponse.* Ce que l'on dit ici de la manière dont le juge doit porter la sentence, est vrai (3). Mais il ne faut pas oublier

(1) Voir 2ᵉ série, p. 59, 382. 3ᵉ série, p. 204, 423. 4ᵉ série, p. 237, 380,536. 5ᵉ série, p. 48.

(2) C'est ce qui résulte de la seconde proposition condamnée par Innocent XI, le 2 mars 1679, et qui était conçue en ces termes : « Pro»babiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam »minus probabilem. »

(3) Telle est, à la vérité, l'opinion de quelques auteurs ; et elle paraît, nous l'avouons, résulter de la proposition condamnée, qui est générale

que le juge résout les doutes spéculatifs du procès, et examine non pas la *possession*, mais le *titre* de la possession, c'est-à-dire, le *domaine* de la chose. Or, nous avons déjà montré plus haut (n. 120) la différence qu'il y a entre le domaine et la possession, et comment l'un peut subsister sans l'autre. Ainsi lorsqu'on examine les raisons et les titres du domaine, et qu'on ne peut atteindre à la certitude, il faut juger selon la raison et les titres plus probables, puisque par là nous supposons raisonnablement que nous sommes plus près de la vérité.

C'est la même méthode qu'on emploie pour décider les cas moraux. Quand on cherche d'une manière abstraite et spéculative, si une action est licite ou non, toujours on doit décider selon ce qui est plus probable. Aussi voyons-nous que

et rejette par conséquent toute exception. Cependant nous ferons remarquer que S. Alphonse ne donne pas autant d'extension à la proposition condamnée, et il assure qu'il suit en cela l'opinion commune. Il restreint donc cette proposition au cas où aucune des parties n'est en possession légitime, et où du moins il ne conste pas de la légitimité de la possession. Mais là, où il y a une possession certainement légitime, le juge doit prononcer en faveur du possesseur, s'il n'a une certitude morale en faveur de l'autre partie. « Ratio, dit S. Alphonse, quia »possessio dat jus certum possidenti ad rem retinendam, donec constet »de jure alterius..... Cum enim jus possessionis sit jus certum, non »potest elidi, nisi ab alio jure certo actoris, et jam probato. Nequit »autem dici actor jus suum probare, qui rationes probabiliores, non »autem convincentes, adducit contra possessorem, qui probabile jus »habet. » *Theologia moralis*, lib. V, n. 210, quær. II. V. aussi Cardenas, *Crisis theologica in propositiones damnatas ab Innocentio XI*, Diss. III, cap. 5; et I *Crisis theologica*, Disput. XVI, cap. VIII, n. 156 et 192. Si l'on adopte cette opinion, qui est certainement plus conforme à ce qui a été dit jusqu'à présent sur la vertu et les priviléges de la possession, on répondra à l'objection en distinguant la majeure de la manière suivante : le juge suit l'opinion plus probable, quand aucune des parties n'a en sa faveur une possession légitime, *Concedo*. Lorsqu'une des parties peut se prévaloir d'une possession légitime, *Nego*. Les deux conséquences, données comme certaines dans l'objection, sont donc fausses, si l'on part du principe de S. Alphonse, et seront ainsi niées purement et simplement.

dans leur enseignement, et en spéculation, tous les auteurs embrassent le sentiment le plus probable.

224. Pour mieux faire comprendre cette réponse, remarquons que dans le for externe, on agite deux sortes de procès : les uns s'appellent *in possessorio*, les autres *in petitorio*. Le procès se fait *in possessorio*, lorsque quelqu'un cherche à dépouiller la partie adverse d'un bien qu'il possède, et il va directement et immédiatement contre la possession. Pour atteindre ce but, on fait valoir des raisons de propriété, par exemple, que cette somme est un fidei-commis, qu'elle a été volée, etc. Si ces raisons sont claires et certaines tout d'abord, et n'admettent aucun doute raisonnable, le procès est aussitôt terminé, et l'adversaire est dépouillé de sa possession. Mais si les raisons sont obscures, et présentent des difficultés réelles, on porte la sentence en faveur du possesseur, et l'on prononce *sa manutention en possession*. C'est tout à fait la méthode employée dans les décisions morales, au for de la conscience. On ne porte pas tout de suite une décision sur les doutes spéculatifs, touchant ce qui est licite ou illicite dans les actions humaines : mais avant tout on les examine bien pour trouver la certitude; et j'ai déjà dit plus haut qu'on y était obligé. Lorsqu'on peut trouver cette certitude dans les questions spéculatives, la possession est aussitôt ou évincée par elle, ou consolidée. Ainsi pour cette question spéculative traitée comme douteuse et incertaine par la plupart des auteurs, savoir, s'il y a ou non obligation de confesser les circonstances notablement aggravantes, je me flatte d'avoir trouvé la certitude pour le sentiment négatif, comme on a pu le voir (n. 180). Dès lors le cas n'est plus douteux, et par conséquent ne peut plus avoir lieu la règle de la possession qui ne s'applique que *in dubiis*.

Mais si dans une question spéculative, on ne parvient pas à la certitude, et qu'après toute l'étude, tout l'examen possibles, les choses restent obscures et douteuses, nous sommes

réellement *in dubiis*, c'est-à-dire dans le cas d'appliquer la règle de la possession. Nous sommes dans un procès *in possessorio*, et pour bien décider, il faut juger selon la possession, savoir qu'elle persévère. On soulève un procès *in petitorio* quand on examine les titres et les raisons du domaine : si l'on ne peut parvenir à la certitude, la décision est favorable à la plus grande probabilité, comme le font aussi les moralistes dans leur enseignement doctrinal, et quand ils prononcent sur la vérité ou la fausseté abstraite d'une question spéculative. En sorte que les choses sont traitées sur le même pied au for extérieur et au for intérieur.

225. Après cela il est encore vrai que deux ou trois sentences conformes portées en faveur de la plus grande probabilité enlèvent la possession : mais cela n'arrive pas en vertu de la probabilité plus grande, qui laisse toujours incertains les titres et les raisons du domaine. Cet effet résulte d'une loi particulière qui ordonne de mettre en possession, celui qui a, en sa faveur, deux ou trois jugements conformes, quoique réellement ils ne soient fondés que sur une probabilité plus grande. Cette loi particulière est très-utile, nécessaire même au bien public, pour terminer les procès qui sans elle n'auraient pas de fin, et pour que *dominia rerum non sint semper incerta*. Elle est donc analogue à celle de la prescription. La même chose se présente en morale.

« Cette publication, qui reçoit partout un accueil si favo»rable, a pour objet de recueillir les Allocutions, Bulles, »Encycliques, Brefs et autres actes du Saint-Siége Aposto»lique, ainsi que les décrets des Sacrées Congrégations »romaines. Or, parmi ces décrets, les uns n'étaient jamais »publiés; d'autres font partie de collections diverses, fort »rares, et surtout fort coûteuses. Outre les décisions des »Congrégations du Concile, des Rites, des Indulgences, etc., »la *Correspondance* donne le compte-rendu des conférences »morales et liturgiques qui se tiennent dans la ville de Rome.

(1) « Si, comme nous osons l'espérer, dit l'éditeur Belge, ce volume »obtient quelque succès, nous nous empresserons de reproduire égale»ment l'année 1851, et tout ce qui suivra. » *Avis de l'éditeur*, pag. VII.

» Elle publie également des articles originaux sur divers sujets » de théologie, de liturgie et de droit canon. Ainsi, pour ne » citer que quelques exemples, on trouvera dans le volume » que nous offrons aujourd'hui au public des études conscien- » cieuses et remarquables sur les *Messes privées dans la nuit* » *de Noël;* sur les *Messes basses le Jeudi-Saint et le Samedi-* » *Saint;* sur la *Communion des fidèles le Vendredi-Saint et le* » *Samedi-Saint;* sur l'*Application de la Messe paroissiale* » *pour le peuple;* sur l'*Application de la Messe conventuelle* » *pour les bienfaiteurs;* sur les *Concours ecclésiastiques;* sur » les *Cas réservés;* sur les *Excommunications papales depuis* » *le douzième siècle jusqu'à nos jours;* sur les *Jugements* » *ecclésiastiques d'après le droit canon;* sur l'*Autorité de la* » *S. Congrégation du Concile*, etc., etc. (1). »

Toutefois, en recommandant instamment ce recueil à nos lecteurs, nous n'entendons pas approuver tout ce qui y est contenu. Nous y avons rencontré des points qui ne nous paraissent pas suffisamment établis, et que nous signalerons lorsque l'occasion s'en présentera. Nous nous contenterons aujourd'hui d'appeler l'attention sur une seule question, qui est très-importante. Dans son n. du 14 juillet 1851, qui contient un article sur la *Révocation des curés amovibles*, la *Correspondance* enseigne que le « curé révoqué est libre de recourir à » l'autorité supérieure, qui décrète la réintégration dans les » cas qui ont été énumérés ailleurs (2). » Or, cette autorité supérieure, d'après le même article, est le Saint-Siége ou le *Métropolitain*. « On ne soupçonne pas que le recours au » métropolitain, ou au S. Siége, soit ouvert contre les révoca-

(1) *Avis de l'éditeur*, pages v et vi.

(2) Ces cas sont, si la « révocation est le fait de la malice, de la haine, » ou si elle lui cause un détriment notable dans son honneur ou dans ses » biens. » N. du 24 mai 1851. Ou encore, « si la localité éprouvait un » préjudice grave par le fait de la révocation de l'amovible. » N. du 14 mai 1851.

»tions arbitraires ou injustes ; on ne se fait pas idée de l'obli-»gation stricte où se trouve tant le Métropolitain que le Saint-»Siége, d'accepter le recours qui lui est adressé ; de s'enquérir »des causes de la révocation ; d'examiner si réellement elle »est le fait de l'aversion ou de toute autre intention coupable, »et de réintégrer le recteur destitué, dès qu'il conste qu'on »est dans un des cas exceptionnels qui sont énumérés par le »droit (1). »

Il n'y a pas le moindre doute que le curé ne puisse recourir au Saint-Siége. Mais peut-il également s'adresser au métropolitain? Celui-ci peut-il admettre l'appel du curé qui aurait recours à lui? L'opinion de la *Correspondance* sur ce point est-elle bien certaine? Nous regardons cette opinion comme peu fondée ; nous pensons que le curé révoqué n'a de recours possible qu'au Saint-Siége, et que l'Archevêque, qui voudrait connaître la cause, dépasserait les limites de ses pouvoirs (2). Les motifs de notre opinion sont 1° que l'Evêque n'est pas tenu de rendre compte de cette révocation ; ainsi l'a décidé la S. Congrégation du Concile, au rapport de Braschi. « Verumtamen Episcopus nec illis (parochis amovibilibus), »neque ipsorum nominatoribus allegare tenetur causas remo-»tionis. S. Congreg. Concil. in Camerinen. 18 sept. 1627 (3). »

Une autre preuve s'en trouve dans les Constitutions de Benoît XIV. Ce Pape a eu occasion de traiter la question pour les curés réguliers qui sont amovibles, et il l'a résolue dans notre sens. « Dubitatum fuit, an Episcopus posset ad hujus-»modi remotiones procedere sine Superioris Regularis con-»sensu, et an remotionis causas eidem adducere, easque »verificare deberet... Qua de re, supradicta Congregatio

(1) N. du 14 juillet 1851.

(2) Il ne s'agit ici que des curés amovibles ; il en serait autrement, s'il s'agissait de curés inamovibles.

(3) *Promptuarium synodale*, cap. CXV, n. 19.

»Concilii decrevit, hujusmodi parochos tam ab Episcopo, »quam a Superiore Regulari, æquo jure, non requisito alte»rius consensu, ab animarum cura removeri posse, nec unum »alteri causas judicii sui aperire, multoque minus probare »et verificare debere. Id quod a Nobis in omnibus appro»batur et confirmatur (1). »

Or, dans les cas où l'Evêque n'est pas tenu de donner raison de sa conduite, il n'y a pas lieu à un appel proprement dit : un simple recours au S.-Siége est ouvert. « Quia Episcopi, dit »le Secrétaire actuel de la S. Congrégation du Concile, in »hujusmodi casibus non tenentur, ne ipsis quidem reis, causas »suspensionis seu delicta detegere... *ideo deesset appellationis* »*fundamentum,* cum delicta quæ suspensioni causam dedere, »minime cognoscantur (2). » Les exemples ne manquent pas à l'appui de cette assertion. C'est ainsi que l'Evêque, sans une juste cause, ne peut révoquer l'approbation accordée aux religieux; si cependant il la révoque arbitrairement, ceux-ci ne peuvent en appeler à l'Archevêque (3). Ainsi encore l'Evêque ne peut, sans une raison légitime, refuser d'admettre aux ordres les sujets qui, ornés des qualités requises, se présentent à l'Ordination; si pourtant il repousse injustement un sujet apte et digne, celui-ci peut-il en appeler au métropolitain? Non; il n'a qu'un moyen de se libérer de

(1) Const. — *Firmandis* — § 11, *Bullar. Bened. XIV*, vol. II, pag. 449, édit. Mechlin. 1826. Benoît XIV déclare dans une autre constitution que ce principe est applicable aux Réguliers qui, en vertu de priviléges spéciaux, possédaient les cures des Indes-Occidentales soumises au roi d'Espagne. V. Constit. — *Cum nuper* — § 5, *Bullar. Bened. XVI*, vol. IX, pag. 68 et 69.

(2) Ces paroles sont extraites du rapport du Secrétaire dans la fameuse cause de Luçon, que nous avons rapportée au tome II, pag. 353 seq. V. n. 38, pag. 371. V. aussi *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. CVIII, pag. 151.

(3) V. *Mélanges*, tom. IV, pag. 142 et 143.

cette vexation : le recours au S. Siége (1). Mais prenons un exemple qui a plus de rapport avec le cas que nous examinons. L'Evêque se fondant sur le concile de Trente (2), suspend un curé *ex informata conscientia*. Le curé a-t-il le droit de porter la cause devant l'Archevêque? Non; il peut uniquement avoir recours au S. Siége, comme la S. Congrégation du Concile l'a encore décidé dans l'affaire de Luçon (3).

2° Ainsi que le disait le secrétaire de la S. Congrégation dans cette cause : « Communiter recepta est sententia apud »SS. Canonum interpretes et doctores, qua firmatur in causis, »ubi aliquid *judicis conscientiæ commissum est*, neque ordo »judicialis est servandus, non licere superiori appellationem »recipere a sententia judicis inferioris, qui censetur egisse, »inspecta æquitate juris naturalis ac gentium, ex justis causis »extrajudicialiter sibi bene visis, animumque suum moven»tibus.... Neque ab hac doctrina recedendum esse ait Rota »obtentu magni præjudicii aut enormissimæ læsionis, cum »præsto sit remedium in recursu ad principem, seu Romanum »Pontificem, ut cognoscatur an aliquid erronee gestum sit, »atque opportune emendetur (4). »Or, la révocation des curés amovibles est laissée à la *conscience de l'Evêque*. D'où il suit, que la voie de l'appel n'est pas ouverte au curé pour se maintenir dans sa cure, contre la sentence de l'Evêque.

Nous ajouterons que notre système est plus favorable, surtout de nos jours, à la bonne administration des diocèses. Faire intervenir l'Archevêque dans les révocations ou mutations (5) des desservants ou curés amovibles, n'est-ce pas

(1) V. Benoît XIV, *De synodo diœcesana*, lib. XII, cap. VIII, n. 4.
(2) Sess. XIV, cap. I, *De reformatione*.
(3) Dub. II. V. *Mélanges*, Tom. II, pag. 380 et 381; *Thesaurus resolutionum S. Congreg. Concil.* Tom. CVIII, pag. 164 et 165.
(4) *Mélanges*, *loc. cit.*, pag. 372; *Thesaurus resol. S. Congr. Conc.*, *loc. cit.*, pag. 155.
(5) Qu'on ne soit pas surpris que nous mettions sur la même ligne les révocations et les mutations. Ce que l'on dit des unes est applicable aux autres; les mutations, du reste, renferment une véritable révocation.

créer une source de conflits entre les Evêques et leurs Métropolitains? N'est-ce pas susciter une foule d'entraves à l'administration épiscopale, ou du moins en poser la possibilité? Si l'Evêque est obligé, au cas que le desservant appelle de sa sentence, de justifier aux yeux de l'Archevêque la mutation du desservant, quelle faveur aura accordée aux Evêques la déclaration de Grégoire XVI?

Telles sont les considérations qui ne nous permettent pas d'adopter la théorie de la *Correspondance*, et que nous avions à soumettre à sa judicieuse appréciation.

Nihil obstat. — Imprimatur.

Leodii, 13ª Septembris 1851.

H.-J. JACQUEMOTTE, vic.-gen.

MELANGES THEOLOGIQUES.

5me Série. – 3e Cahier.

DISSERTATIO

DE PRAXI ERGA RECIDIVOS RETINENDA (1).

§ 3.

Animadversiones in præfata systemata.

24. Exposita controversiæ historia, breviterque relatis utriusque systematis argumentis, superest ut hac in quæstione meum proferam judicium. Non multorum verborum facundia utar, idcirco lectorem rogo ut in rationibus quas affero paulisper meditans supersedeat.

1° Ante omnia supponendum est illud principium, quod infra probandum venit, confessarium scilicet posse pœnitenti etiam disposito absolutionem differre, si nempe dilatio illa sit profutura; contra vero si obfutura sit, totis viribus conari debet ut pœnitens disponatur et absolvatur. Porro jam ipsi naturæ omnino consentanea est hæc regula, quum in sacro tribunali judicis simul ac medici partes impleat confessarius.

2° Sed Theologi, quos supra laudavi, cæterique, qui præsens argumentum attigerunt, fere omnes, dum de absolvendis recidivis agunt, confessarium velut judicem unice considerarunt, quum tamen medici partes præcipue tunc impleat,

(1) Voir 5e s. 2e cahier, p. 165.

adeoque sub hoc respectu præsertim considerari debui-set.

3° Error ille fuit patronorum prioris systematis qui ita ratiocinati sunt. « Confessarius de actuali dispositione pœni»tentis judicium ferre debet. Atqui, quum non constet pœni»tentem esse indispositum, quin imo ipse asserat se dispositum »esse, cui affirmanti confessarius credere tenetur, censendus »est sufficienter dispositus. Ergo confessarius tenetur pœni»tentem absolvere. » Esto præmissæ sint veræ, conclusio falsa est. Nam confessarius, si judex, æque medicus est, et dum illud remedium necessarium, vel magis idoneum ad vulnera curanda judicat, potest utique absolutionem pœnitenti etiam disposito differre.

4° Oppositi systematis fautores, quum ex præcedenti relapsu actualem indispositionem eruerent, docebant pœnitenti, absque extraordinariis signis accedenti, differendam esse absolutionem.

Certe confessarius, extra casus valde raros nequit absolvere eum quem judicat dubie dispositum : sed ea agendi ratione judicis partes solum implentur, medici officium prætermittitur. Porro quis neget sæpe valde utile esse disponere illum qui vix dispositus invenitur, eique absolutionem impertiri, quum scilicet ex negata absolutione gravia mala orientur.

5° Si ergo tam diu tamque acriter disputatum est de recidivorum absolutione, illud præfato errori unice adscribendum, quum tamen omnia facile componi poterant. Nonnulli theologi, officium confessarii qua medici equidem extulerunt; verum nimis systematici fuerunt, et tantum abest ut prudentiæ confessarii rem committerent, quin potius praxim uniformem, omnibus vel sine discrimine applicandam tradiderint, haud dissimiles illis inventoribus qui, alia quæcumque respuentes remedia, unum extollunt panaceamque prædicant.

6° Illud autem non omittendum quod in confessario medici officium officio judicis præstet. Nam ex una parte, utilis medicina esse potest absolutionis dilatio pro pœnitente qui alias

judicatur dispositus, et e contra ; aliunde vero confessarius, non modo vulnus explorare, morbique causas inquirere, sed summopere remedium efficax pœnitentisque dispositioni accommodatum proponere et injungere tenetur. Hinc recte ait Francolinus (1), de theologia bene meritus : « Nec recidivis »differimus aliquando absolutionem, quia eis serio dicentibus »non credamus esse vere dispositos, sed quia ea dilatio ali»quando est necessaria aut utilior pœnitenti, ut emendetur. »

25. 7° Si argumentorum utriusque systematis vim perpendamus, ea non esse decisiva fatendum est. In iis plures continentur assertiones, sed paucæ probationes.

8° Asserunt priores ex præcedenti relapsu nihil circa præsentem pœnitentis dispositionem concludi posse : posteriores vero ex illo dubiam et incertam pœnitentis dispositionem evadere contendunt. Unus ergo affirmat quod negat alter : res tota igitur anceps et in bivio hæret. De hac difficultate sic proposita, facile foret per sæcula disputare. Si quæras unde oriatur nodi insolubilitas, respondeo illam exinde provenire, quod unice judicare voluerint de re præsenti, dum tamen ad judicium efformandum nihil nisi præteritum haberent, relapsum scilicet pœnitentis.

9° Ad auctoritatem confugerunt utriusque systematis patroni, et revera ad nodos istius modi diluendos maxima est vis auctoritatis, sed ex qua parte stet auctoritas, multum ambigendum est. Existimo neutri systematum favere auctoritatem, sed potius illi doctrinæ quam postea tradam.

26. 10° De vi argumentorum in particulari nunc aliqua notanda. Supervacaneum forsan censebunt plurimi, in examinandis ponderandisque argumentis quæ supra (§§ 1 et 2) relata sunt immorari, illorumque imbecillitatem detegere. Verum aliter nihil sentiendum videtur; siquidem ex una parte, nonnulli, etiam post supra explicata, alterutri ex his systema-

(1) *Clerus Romanus, contra nimium rigorem munitus*, tom. 2, disp. 10, n. 8.

tibus nomen retinent, eo præsertim motivo quod in scholis propugnata fuerint; aliunde vero, detecta argumentorum debilitate, licet eo ipso penitus non evertatur systema, minus tamen probabile apparet.

11° Jamjam dixi (n. 5, pag. 170), argumenta directa P. Caroli ab Assumptione parum ad rem facere, quum principia ab omnibus, licet non eodem omnino sensu recepta, exhibeant. De indirectis pauca dicam. Illi qui sub littera *f* (pag. 170) refertur, responderi potest, ab adversariis non omnimodam emendationem, sed aliqualem, imo nullam, præsentibus signis extraordinariis, in pœnitente requiri, ut dispositus censeri possit. Unde dici nequit cum P. Carolo, quod ex sola emendatione probetur existentia propositi efficacis, modo habeatur signum aliquod sufficiens ad deponendum dubium ex frequenti recidiva ortum.

Argumenta *g*, *h*, *i* (pag. 171), proprie argumenta sunt *ad hominem* et stringunt adversarios. Illa solvere conatur De La Verdure sicuti dictum est, n. 19 (pag. 190) : an vero plane satisfecerit judicent sapientiores. Mihi videntur dicta P. Caroli argumenta sufficienter probare quam leve sit fundamentum adversariorum, quin tamen ipsius systema stabiliant.

12° Novum argumentum ex scriptura desumptum quod extollit P. Henneguier, reipsa vim non habet quam illi tribuit, ut bene animadvertit doctor de La Verdure, supra n. 19. Cætera vero argumenta si verbis differant, re tamen non discrepant ab illis quæ ex P. Carolo exscripsimus, et proprie sunt *ad hominem*.

13° Auctoritates, quas sibi vindicant P. Faure et Salvatori, minus recte in suum patrocinium vocantur. Nam, præterquam quod textus non integri sed manci et decurtati citentur, sæpe illud non exprimunt quod asserunt præfati auctores. Inutile duxi in hoc puncto supersedere, quum infra præcipuam eorum auctoritatem, Catechismum scilicet Romanum, explicem.

14° Novam rationem adinvenit Salvatori, scilicet dilationem absolutionis non esse remedium aptum et conveniens. Sed in hoc puncto ab omnibus tam Patribus, quam theologis deseritur.

15° Alterius systematis patronorum præcipuum argumentum deducitur ex dubia dispositione, quam præ se fert peccator semper in eadem gravia facile reincidens. Sane speciem veri habet illud argumentum, et primo intuitu solidum apparet; verum existimo illud plus apparentiæ quam veritatis habere, quum revera a dispositione præterita concludat ad dispositionem præsentem, et uti supra dixi, ex præteritis relapsibus si indicia, suspiciones oriri possint, saltem judicium proferri nequit. Demum fatendum est illud potius *assertum* quam verum argumentum esse.

16° Propositionem ab Innocentio XI damnatam ipsis quoque validum subministrare argumentum alii prædicant. Sed quot modis illa explicetur nemo nescit. Interim adnotare sufficiat in illa duas maximi momenti restrictiones contineri : prima quod *ore* tantum pœnitens se dicat contritum; secunda quod *nulla sit spes emendationis*. Porro quis unquam recte absolvere queat, dum in pœnitente nullam spem emendationis invenit? Nonne illud esset projicere margaritas ante porcos? Quid ultra dicam? An damnatæ propositionis contradictoria non magis concordat doctrinæ quam in hac dissertatione tueor, et juxta quam præcipue ex spe futuræ emendationis, ex pro futura absolutione, confessarius, prudens medicus, absolutionem impertiatur?

17° B. Leonardus a Portu Mauritio ad suum principium tuendum, experientiam vocat. Sed ei quis non opponet experientiam plurimorum theologorum, imo sanctorum? Facile concedent in illa regione et tempore, quo nempe B. Leonardus exercitio Missionum addictus erat, multum profuisse dilationis remedium, sed tempora illa nostra non sunt, regio illa, patria, mores, fides practica populi a nostris valde

diversæ sunt, et multum, ut reor, a vero erraret qui remedium B. Leonardi indiscriminatim hic et nunc recidivis applicaret.

18° Uno verbo præsentem paragraphum concludam. Argumenta utriusque partis levia et debilia sunt, nec probant quod intenditur. Imo et si probarent, adhuc stabilis et firma remaneret doctrina, quæ vult confessarium non unice ut judicem, sed æque, imo præcipue ut medicum considerandum esse.

Nunc accedo ad conclusiones.

§ 4.

Totius disputationis conclusiones practicæ.

CONCLUSIO I.

27. *Confessarius quandoque potest pœnitenti disposito differre absolutionem.*

« Certum est, ait S. Ligorius (1), et commune apud omnes, »quod possit confessarius differre absolutionem pœnitenti »etiam disposito, et etiam sine ejus consensu, semper ac pru»denter judicet dilationem esse utilem ejus emendationi. Ita »Salmant., Lugo, Holzman, Roncaglia, Lacroix, Viva, Car»denas, cum Suarez, Sanchez, et aliis passim contra »paucos. »

Difficultati, an possit esse causa rationabilis aliquando, ad differendam absolutionem absque consensu pœnitentis, licet ipse aliunde credatur probabiliter esse nunc dispositus; sic respondet De Lugo (2): « Procul dubio, videtur vera communis »sententia affirmans... Nam licet pœnitens legitime dispositus, »confessione facta, habeat jus ad sententiam et ad absolutio»nem, non tamen habet jus ad hoc ut statim proferatur sen»tentia : potest enim judex arbitrari quomodo et quando debeat

(1) Lib. VI, tr. 4, n. 462.
(2) *De pœnit.*, disp. 14, sect. 10, n. 169.

»utilius proferri sententia... Quando merito timet pœnitentem »nunc absolutum facile relapsurum statim in eadem crimina, »nisi ipsa difficultate et dilatione absolutionis territus melius »agnoscat gravitatem peccati et necessitatem emendationis: »poterit differre absolutionem, ut pœnitens utiliter admo»nitus, non maneat in tanto periculo reincidentiæ, quantum »alias certissime subiret. » Merito hæc sententia communis appellatur quam, si exipias J. Sanchez cum Fernandez, a Moure, Navar., Soto, Ledesma, omnes alii amplectuntur : Arsdekin (1), Moya (2), Herinckx (3), Bosco (4), Tamburinus (5), Taberna (6), Reuter (7), Sasserath (8), Cardenas (9), etc. Imo Didacus ab Arragonia (10) *falsam* vocat opinionem Lovaniensium qui docebant absolutionis dilationem, quando est dumtaxat utilis, fieri non posse absque consensu pœnitentis.

28. Probatur conclusio. 1° Confessarius non solum est judex, sed etiam medicus spiritualis, ut constat ex Concilio Tridentino, sess. XIV, cap. 8, *De pœnitentia*, ubi agens de satisfactione a confessario imponenda, ait : « Habeant autem præ »oculis ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad »novæ vitæ custodiam, et infirmitatis medicamentum, sed etiam »ad præteritorum vindictam et castigationem. » Constat etiam ex Concilio Lateranensi, cap. *omnis utriusque sexus* : « Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti »medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati, »diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati,

(1) Tom. 2, p. 2, tr. 3, cap. 3.
(2) *Quæst. morales*, tr. 3, disp. 7, q. 5, n. 11.
(3) Part. 2, disp. 7, q. 8, n. 74.
(4) *De Sacramentis*, p. 3, disp. 7, sect. 4, n. 296.
(5) *Methodus exped. conf.* lib. III, cap. 3, § 6, n. 15.
(6) *Synopsis theol. pract.* part. 3, tr. 4, cap. 6, § 5, n. 8.
(7) *Neo confessarius*, n. 34, 5.
(8) *Cursus theol. mor.* part. 4, disp. 6, n. 176.
(9) *Crisis in damnatas*, disp. 39, cap. 2, n. 13.
(10) *Brevis expos. prop. damn.* v. *Consuet. pecc.* n. 148 et 152.

»quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere consi-»lium, et cujusmodi remedium adhibere, *diversis experimentis* »*utendo* ad salvandum ægrotum...»

Quum autem in proferenda absolutione confessarius exerceat munus medici, procurare debet curationem pœnitentis, eo scilicet modo qui magis cedat in utilitatem et remedium ægroti : ad id autem jus habet confessarius, nec potest prohiberi a pœnitente, quod in impositione pœnitentiæ exerceat officium medici. Porro absolutionis dilatio quandoque remedium est opportunum ad emendationem vitæ : ergo poterit confessarius illud medicamentum adhibere, ad curanda sauciati vulnera. Et sane docet experientia non paucos peccatores hoc remedio a consuetudine peccandi avulsos esse, qui alias in pravis moribus diu perstitissent. Dilatio pœnitentem terret, sicque propositum non peccandi magis firmat et quandoque pœnitentem omnino arcet a peccandi consuetudine. Quare ergo non poterit confessarius remedium adhibere opportunum, *ad salvandum ægrotum*, nec experimento dilatæ absolutionis uti, idque independenter a consensu pœnitentis, si utile judicaverit ad compescendam peccandi licentiam, quæ ad perditionem ducit æternam ? Homo enim peccatis immersus ad instar est phrænetici cui etiam reluctanti applicantur remedia opportuna.

Probatur 2°. Juxta Suarez, confessarius potest obligare pœnitentem ad implendam pœnitentiam ante absolutionem. « Si propter curationem et medicinam judicet confessor id »expedire, poterit facere et pœnitens tenebitur obedire, quia »tunc agitur potius de condigna dispositione ad remissionem »peccatorum quam de satisfactione pro temporali pœna. »Unde illud præceptum a confessore non tam est nova impo-»sitio quam declaratio alicujus obligationis quam pœnitens »de se habet, ut possit de illius dispositione et proposito »vitandi peccata moraliter constare....(1).» Imo apud Græcos

(1) *De pœnit.* disp. 38, sect. 7, n. 7.

sic solitum fieri, ut nemo ante expletam pœnitentiam absolveretur, refert Lugo (1). Et testatur Catechismus Romanus (2) id olim cum peccatoribus publicis servatum fuisse. « Sed in »publicis, ut diximus, hoc perpetuum fuit, ut qui ea com»miserant, antequam pœnitentiam publicam susccpissent, »non absolverentur. »

Ergo potest confessarius alicui recidivo absolutionem differre ad aliquod tempus quo orationi vacet, et dignos fructus pœnitentiæ faciat, quando id judicat utile : tunc enim nullam ei injuriam facit, sed ejus bonum, meliori quo potest modo, procurat.

29. 3° Probatur cum P. Simone Bourguignon (3). « Quia etiamsi Minister Baptismi probabiliter judicet aliquem adultum esse satis instructum, et ad Baptismum recipiendum sufficienter dispositum, potest tamen ad aliquod tempus illi Baptismum differre, quando judicat moram necessariam, vel multum utilem ad obtinendam in christiana fide perseverantiam; ergo similiter confessarius, sacramenti Pœnitentiæ Minister, potest ad aliquod tempus absolutionem differre uni consuetudinario, etiam si probabiliter judicet illum esse ad absolutionem recipiendam sufficienter dispositum, quando judicat moram, sive dilationem istam necessariam, vel multum utilem ad infirmitatis medicamentum, præteritorum vindictam et castigationem, et novæ vitæ custodiam.

»Consequentia clara est, nulla enim ratio adferri potest, cur legitime disposito differri possit Baptismus, non autem absolutio, cum utrimque eadem sit necessitas sacramenti; et utrimque idem periculum immineat sine sacramento moriendi. Antecedens vero probatur ex Catechismo Romano p. 2. *de sacram. Baptismi*, n. 29 (4), ubi postquam monuit,

(1) L. c. n. 170.
(2) *De pœnit.* n. 95.
(3) Op. cit. p. 66.
(4) N. 36, edit. Brux. 1720.

et moneri voluit catechumenos ne ultra tempus ab Ecclesia præscriptum Baptismi receptionem differant, ob rationes ibi adductas, subjungit : « Sed quamvis hæc ita sint, non consuevit tamen Ecclesia Baptismi sacramentum huic hominum »generi statim tribuere ; sed ad certum tempus differendum »esse constituit..... Hæc dilatio aliquas videtur utilitates »adferre. Primum enim.... eorum voluntas, qui Baptismum »petunt, magis exploratur, atque perspicitur ; cujus rei »causa, in antiquis Conciliis decretum legimus, ut, qui ex »Judæis ad fidem catholicam veniunt, antequam Baptismus »illis administretur, aliquot menses inter Catechumenos »essent. Deinde in fidei doctrina, quam profiteri debent, et »Christianæ vitæ institutionibus erudiuntur perfectius. Præterea, major religionis cultus sacramento tribuitur, si constitutis tantum Paschæ et Pentecostes diebus, solemni »cæremonia Baptismum suscipiant. »

30. » Hanc Catechismi Romani authoritatem confirmant instructiones quas Franciscus Heliopolitanus, et Petrus Berytensis Episcopi, viri vere apostolici, qui in Tunchini, et Cochinchinæ Regnis incredibili fructu Christi Evangelium annuntiarunt, pro Missionariis ediderunt, quasque Cardinalis Bona, jussu sacræ Congregationis de propaganda Fide recensens, testatur apostolico spiritu fuisse scriptas, et typographus ejusdem Congregationis Romæ typis evulgavit. In illis, cap. 7, de baptizandis, art. 1, reprehendunt primo Missionarios illos qui magis in baptizatorum multitudine quam virtute gloriam sectantes, obvios quosque, vix explorata illorum voluntate, una aut altera instructione contenti, sacro Baptismatis Fonte abluant, qua præmatura Baptismatis administratione, fidei, bene ut par est stabiliendæ, necnon nomini Christiano, non parum officiunt ; cum experientia comprobatum sit eos qui sic præmature baptizati sunt, qua facilitate Christo nomen dederunt, eadem, ut plurimum, nuntium ei remittere, et Christianorum simul et Idolorum templa frequentare.

»Deinde statuunt ut non nisi post quadraginta dies Catechumeni ad Baptismum recipiantur, his verbis. « Quamobrem »etsi hodie sacerdotibus committatur judicium de Catechu»menorum eruditione, aliisque necessariis conditionibus, »ideoque et de tempore catechismi ferendum, ut iis sanctum »Baptisma conferatur : rectius tamen et securius nobis visum »est cum Patribus et Conciliis, catechismi tempus non bre»viori quam quadraginta dierum spatio, vulgo definire, nec »alios ad Baptismum admittendos esse, nisi qui ante quadra»ginta dies nomen dederint; cum etiam experientia, quæ »sacris canonibus consonat, satis notum sit, diuturniorem »moram esse perutilem, ad obtinendam in christiana fide »perseverantiam. »

»Ex quo patet illos definire, quod etsi sacerdotes, quibus committitur judicium de catechumenorum eruditione, aliisque necessariis conditionibus, judicarent aliquos catechumenos breviori tempore esse sufficienter instructos, et ad baptismi receptionem sufficienter dispositos: rectius tamen et securius videri cum Patribus et conciliis, differendum esse illis baptismum, nec ullos ad illius receptionem esse admittendos, nisi qui ante quadraginta dies nomen dederint, sive baptismum petierint; eo quod experientia notum sit, diuturniorem moram esse perutilem ad obtinendam in christiana fide perseverantiam.

»Si ergo, juxta definitionem illam, rectius et securius sit differre catechumenis baptismum, etsi sacerdotes quibus committitur judicium, de eorum instructione, aliisque conditionibus ad baptismi receptionem requisitis, judicent illos esse sufficienter instructos, et legitime dispositos, et experientia notum sit dilationem baptismi esse perutilem ad obtinendam in christiana fide perseverantiam; quare non liceret aliquando peccatori consuetudinario ad certum tempus differre absolutionem, etsi sacerdotes quibus committitur judicium de eorum dispositionibus, judicent illos esse legitime dispositos, cum similiter experientia satis notum sit, dilatio-

nem absolutionis esse perutilem ad obtinendam in accepta gratia perseverantiam ? » Hactenus P. Bourguignon.

Nescio quid alicujus valoris opponi possit argumentis tam solidis et optime deductis. Sane rationes, quas allegant tum P. Faure, tum J. Sanchez et pauci alii, nullatenus illa debilitant, aut eorumdem vim infringunt. Idcirco in his immorari frustraneum foret. Si quis lector plura hac de re desideret, adeat Cardenam, *Crisis theologica in prop. damnatas*, dissert. 39, cap. 2 et 3.

CONCLUSIO II.

31. *Si confessarius judicet hic et nunc consuetudinario dilationem prodesse absolutionis, illam differat; sin autem credat obfuturam, pœnitentem disponat illique absolutionem impertiatur.*

Hæc conclusio probatione non indiget ; est enim per se clara; explicari tamen debet. Quum absolutionis dilatio amarior videatur medicina, verbis dulcibus ceu saccharo est condienda. Pacato animo hilarique vultu pœnitentes sunt excipiendi, magnaque mansuetudine monendi, absolutionem non alia ex causa, quam ad æternam ipsorum animæ salutem differri, ac demum blande inducendi, ut ipsimet dilationem prompto animo acceptent. Illos adjuret confessarius, ut per aliquot dies vim sibi inferre conentur, levem peragant pœnitentiam, propositumque efficax mane, non peccandi tota die, et vespere non peccandi illa nocte eliciant. Docet experientia, quod pœnitentes hunc in modum blando amore excepti, libentes, non sine maximo animæ suæ emolumento, pœnitentiæ dilationem acceptent. Casu tamen quo peccator renuat et absolvi postulet, non ideo absolvendus est, quum, ut supponitur, hic et nunc absolutionis dilationem profuturam prudenter judicet confessarius, adeoque, ut supra dixi, remedium conveniens adhibere possit.

Sin autem eam obfuturam existimet confessarius, satagere debet ut pœnitens disponatur. Motiva petat ex divina bonitate, quæ tamdiu toleravit eum quem potuisset in infernum detrudere; vel ex incerta morte, ac divina justitia gehennam obstinatis peccatoribus præparante; quæ omnia peramanter proposita multum commovent animum, inducuntque ad verum de peccatis dolorem concipiendum. Moneatque pœnitentem de diverso absolutionis exitu, quæ mors est male dispositis, vita bonis; cum, qui de peccatis dolet, solvens; cum autem, qui indispositus est, fortius ligans, reum sacrilegii efficiens, divinamque maledictionem adducens.

32. Sed, regeret aliquis, si pœnitens parum commoveri videatur, et de ejus pœnitentia sufficiens judicium ferri non possit, quid agendum? Absolvere nequeo, siquidem de ejus dispositione dubito; absolutionem vero differre hic et nunc esset periculosum.

Respondet Salvatori, tunc esse interrogandum an velit periculo sacrilegæ absolutionis se exponere, an sit vere dispositus; affirmantique se de peccatis dolere impertiendam esse absolutionem. Verum hæc solutio probanda mihi non videtur: quum enim prudens dubium in confessarii mente remaneat, simpliciter absolvendo periculo nullitatis sacramentum exponeret. Aliud manet medium omnia vitandi incommoda. Confessarius dicat pœnitenti, se dubitare de vera ejus contritione et proposito: quum tamen timeat ne per absolutionis dilationem, ille horrorem concipiat sacramentorum et vitiis laxet habenas, addet se sub conditione illi impertiturum absolutionem. Moneat tamen ut pœnitens, si sibi ipsi dispositus non videatur, ad communionem non accedat, siquidem per hanc absolutionem solutus non sit a peccatis; sin autem sit dispositus, ea absolutio easdem gratias ei conferet quas confert absolutio sine conditione prolata.

33. Sed quæstio est num confessarius in casu possit licite absolutionem concedere sub conditione, *si est dispositus?*

« Sub conditione danda est absolutio, quandocumque est »necessitas vel obligatio illius dandæ, et periculum faciendi »sacramentum nullum, si detur absolute. » Ita Lacroix (1), qui post Dicastillo et Gormaz ponit hunc casum, « si dubites »de dispositione sufficiente pœnitentis jam confessi, v. g., an »sincerum dolorem et propositum habeat... » Similiter Gobath (2) docet absolutionem conferendam sub conditione, si confessarius dubitet an pœnitens sit bene dispositus quoad dolorem, propositum ; « quo in casu, si, adhibita confessarii »diligentia, nequeat tolli dubium, absolvatur in nomine Do»mini etiam sub conditione. »

« Si confessarius, ait Clericati (3), rationabiliter dubitat an »absolvendus sit bene dispositus quoad dolorem, propositum »ac integritatem... potest absolvere cum conditione; » citatque Bonacinam, Lugo, Salmanticences. Pro eadem sententia apud S. Alphonsum, stant Sporer, Mazzotta, Castropalao, Vasquez : ipseque Sanctus Doctor, pro nostro saltem casu, illam clare admittit (4). « Justa causa absolvendi sub conditione est, si »dubitetur an pœnitens sit rite dispositus, per verum dolorem »et propositum, ita Sporer, etc. Sed huic doctrinæ sic *generaliter* traditæ nec valeo acquiescere : nam dico non posse ab»solvi sub conditione peccatorem recidivum in culpas lethales, »qui non probetur dispositus per signa extraordinaria, nisi »esset in periculo mortis; vel *nisi* (excipit Schilder ap. Lacroix, »l. VI, p. 1, n. 110.) *prudenter timeatur, quod peccator ille non »amplius ad confessionem redibit, et in peccatis suis ta»bescet.* » Expresse igitur docet S. Alphonsus in nostro casu, dum scilicet confessarius pœnitentem disponere conatus fuerit, et merito timet ne absolutionis dilatio illum in desperationem injiciat, dari posse absolutionem sub conditione,

(1) Lib. VI, p. 2, n. 1770.
(2) Tom. I, Tract. 7, n. 267.
(3) *De pœnit.* decis. 35, n. 12.
(4) Lib. VI, tr. 4, n. 432, IV.

si es dispositus, aut alia æquivalenti. Quis autem tot et tantorum theologorum auctoritate fretus, medium pœnitenti utilissimum et uberioris fructus plenum applicare renuet? Quis hanc sententiam sufficienti probabilitatis aut potius certitudinis gradu, ut ad praxim tuto deducatur, destitutam contendere auderet?

Multum igitur abest ut quis eam sequendo reprehensione, quin potius laude dignus sit; siquidem omnes prudentis medici partes impleat.

CONCLUSIO III.

34. *Ut prudenter et non absque fructu confessarius absolutionem differat, indolem pœnitentis, conditionem, ætatem, sexum, temporisque et loci circumstantias, demum peccati naturam, vimque consuetudinis pensare et examinare debet.*

Præfata regula nulla probatione indiget, quum sit per se sat clara; eam tamen explanari expedire visum est, quo patefiat quomodo, juxta has diversas conditiones, differenda dandave sit absolutio.

Morbi corporales non omnes eodem remedio curantur; quippe quum aliter corpus afficiatur angina, aliter apoplexia, aliter phtisi aut podagra, speciale remedium morbo speciali afferendum. Eodem modo res se habet in morbis animæ. Peccata luxuriæ a peccatis iræ et superbiæ, vitia spiritualia a carnalibus, et interna ab externis discrepant. Inde patet remedia diversa ad illorum curationem adhibenda esse. Alii ex infirmitate peccant, et concupiscentia aut carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ rapti, in peccatis volutantur. Tales, quum in ipsis passio minuat libertatis rationem, mitiori modo tractandi sunt. Alii vero quasi ex scientia, aut malitia peccant, scilicet nulla vel levi impulsi passione seu concupiscentia. Isti, quum sciant rei, quam faciunt, conjunctum esse malum a quo possunt et debent abstinere, quumque sic motu proprio malum eligant, beneficio absolutionis facilius privandi sunt.

Sicque, cæteris paribus, illis qui vetitis epulis vescuntur, qui die Dominica laborant, aut Missæ non assistunt, majori cum spe emendationis denegatur absolutio, quam illis qui peccata iræ, impudicitiæ, etc. committunt.

35. Vis et diuturnitas consuetudinis attendendæ sunt. Quandoque principiis obstando, initioque consuetudinis absolutionem differendo, statim emendatur pœnitens, ubi alias pravam consuetudinem contraxisset. *Sero*, ait poëta, *medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras.* E contra, si a longo tempore per peccata sæpius repetita, vires debilitatæ sint, et remedium dilatæ absolutionis jam incassum pluries applicatum sit, ordinarie ab illo prudenter deinceps abstinebit confessarius, si utique bonam voluntatem præ se ferat pœnitens et juste timeatur ne sine absolutione dimissus amplius non redeat. Hæc regula non nemini fortasse displicebit. Verum illud præferendum esse remedium quo ægrotus, non in profundum dejiciatur, sed quo allevetur, roboretur atque curetur, quis negabit? Neque curandum de opinione plus minusve rigida aut facili, dum salus animæ periclitatur. Deus non requiret a nobis, num tali aut tali opinioni in scholis controversæ adhæserimus; sed an, re mature perpensa, in bonum pœnitentis, in salutem animarum media, profutura adhibuerimus; an caute ac prudenter, præjudiciis abjectis, illum e cœno vitiorum educere pro viribus conati fuerimus. Multi et docti theologi asserunt longe habituato ac in idem reincidenti peccatum, absolutionem esse differendam, et hoc solum remedium adhibendum docent; sed quot animæ pereunt, quot peccatores in desperationem acti in vitia se immergunt, et ita damnantur! Quot e contra, si in principio illis dilata fuisset absolutio, a mala consuetudine contrahenda abstinuissent! Certe, spectata hominis natura, ejusque debilitate et incuria, rationabilior mihi sententia est, quod, generatim loquendo, magis expediat absolutionem illi differre, qui non a tanto tempore vitio assuevit, quia principiis ob-

standum est : dum vero mala per longas invaluere moras, et vis animi enervata est, pœnitentem aliis remediis excitare et adjuvare necesse est. Hæc generatim dicta sunto.

36. Temporis et loci circumstantias, tum ad confessionem ipsam, tum ad peccata refero. Quoad tempus confessionis, inspiciendum an pœnitentes sponte accedant, an vero a parentibus aut magistris coacti. Dum sponte veniunt, rarius differenda erit absolutio, quia tunc securius recte dispositi judicantur, nimis quoque ægre ferrent sine absolutione dimitti, et forte per plures annos sacramentum desererent. Hinc, tempore Jubilæi, aut Missionis, minus expedit differre absolutionem, ne peccatores in desperationem acti confessioni valedicant. De tempore paschali idem sentiendum non est; imo mihi videtur tunc securius absolutionem posse differri, præsertim si recidivus sub initio se præsentet. Confessarius enim dicere potest, sibi jus competere tempus paschale in ipsius favorem prorogandi; porro quum plerique pœnitentes communionem paschalem recipere cupiant, major spes confessario effulgebit quod postea redeant. Ad locum quod attinet, videndum num regio sit ex istis, ubi dimissi pœnitentes non amplius redeunt, vel ad alios confessarios accedunt. In priori casu rarius, in posteriori frequentius applicandum est dilatæ absolutionis remedium.

De peccati circumstantiis multa dicenda forent; sed brevitatis gratia, paucis me expediam. Inspiciendum ergo quo loco, quo tempore, quave occasione peccatum committatur, adeo ut ex illorum adjunctorum consideratione, apprime concludat confessarius quanta vis insita remaneat animæ, quantum vero influxum sibi vindicent in peccatum objecta exterius posita.

37. Quæstio maximi momenti huc reducitur, nempe : an illi qui, ex occasione externa *non in esse* (1), incidunt in

(1) Occasio dicitur *in esse*, quum aliquis concubinam domi detinet, vel quum aliqua famula peccat cum hero, quoties ab eo tentatur, ait S. Ligorius, lib. VI, n. 454.

peccata, propric ut recidivi habendi sint? Et indubitanter affirmo, resque patet. Sit in exemplo juvenis qui ex consortio puellæ quam invisit, incidit in turpes cogitationes, actus, etc., ita ut puella ipsi realiter sit occasio proxima peccandi. Quid curandum confessario? ut nempe juvenis deserat puellam. Id promittit pœnitens et absolvitur; sed ad vomitum pluries redit. In quo sita est proprie reincidentia? In reditu ad occasionem; novit enim se, quoties invisit puellam, vehementissime impelli ad peccata, et hoc non obstante, redit, voluntarieque causam quærit et occasionem peccandi; imo, etsi semel accideret quod, posita causa, non peccasset, nihilominus reus esset peccati; quia sponte et voluntarie plurimæ culpæ occasionem quæsivit. Tolle causam, scilicet accessum ad puellam, et tolluntur effectus, nempe peccata : tolle reincidentiam in occasionem, et jam pœnitens a peccatis liberatur. Hinc reditus ad occasionem proprie constituit reincidentiam in peccata et recidivam. Jam vero, an reincidentia in occasionem per absolutionis dilationem curanda sit, casus est generalis, qui juxta principia nostra solvendus est. Videat prudens confessarius an illud remedium sit aptum et profuturum, necne, et juxta suam prudentiam agat. Multo tamen libentius illud suaderem remedium, quam si peccata ex intrinseca fragilitate, aut corporis indispositione præcipue provenirent : quum in istis minor sit malitia et voluntatis perversio. Id ipsum docet S. Ligorius (1). « Dico, »ait, quod si pœnitens relapsus sit ob causam seu fragilitatem »intrinsecam, ut accidit in peccatis pollutionis, delectationis »morosæ, odii, blasphemiæ, et similium; *raro puto differendam esse absolutionem recidivo sufficienter disposito* per »signum extraordinarium. *Et casu quo dilatio videatur expedire*, verius dicendum, absolutionem non differri debere plus »quam ad octo vel ad decem dies..... Ad summum dico absolutionem differendam esse usque ad quindecim dies. »

(1) Lib. VI, tract. 4, n. 463.

38. E contra loquens de peccatis ex occasione extrinseca ortis, ait :

« Nunquam absolverem eum qui est in occasione proxima »extrinseca, præsertim si occasio sit de materia turpi, *semper* »*ac absolutio commode differri posset.* Censeo enim quod con»fessarius, tanquam medicus, tenetur aptare suo pœnitenti »remedia opportuniora, ut ille suam faciat salutem ; reorque »nullum aliud aptius antidotum ministrari posse ei qui est in »occasione proxima, quam dilationem absolutionis ; dum »experientia docet, quod pœnitentes, postquam absoluti »discedunt, ut plurimum negligunt media præscripta adhi»bere, et sic facillime recidunt. Cum e converso, quando »ipsis absolutio denegatur, vigilantius satagunt remedia exe»qui, et tentationibus obsistere, impulsi quidem a timore, »ne, cum ad confessarium redibunt, iterum sine absolutione »dimittantur. Et casu quo pœnitens, prius admonitus ab alio »confessario, media præscripta neglexerit, et eodem modo »fuerit relapsus, dico omnino dimittendum esse sine absola»tione, nisi forte extraordinaria signa doloris exhibeat. *Et* »*etiam huic adhuc extraordinaria compunctione donato, ordi»narie loquendo, absolutionem denegarem, quando commode* »*absolutio posset differri.* Fortasse alicui hæc tradens nimis »rigidus videbor ; sed ego, cum pœnitentes offendissem hujus»modi occasionum laqueis irretitos, sic semper egi et semper »agam ; hac enim via incedens non me rigidum, sed maxime »erga eos benignum esse puto, quandoquidem nullus isto »aptior modus mihi videtur, ut ipsi a peccatis et ab æterna »damnatione eripiantur ; et e contrario crederem, quod si, »benigne agendo, absolutionem quam petunt eis præstarem, »causa essem ut misere in vitiis marcescerent. Quisque suo »sensu abundet. Utinam vero omnes confessarii cum hujus»modi pœnitentibus ita se gererent, multo quidem minora »crimina committerentur, et longe plures animæ perditionem »vitarent (1) ! »

(1) *Ibid.*, n. 456. Fateor S. Doctorem hic loci et alibi severiori sen-

39. Indolem, conditionem, sexum pœnitentis attente investigare debet confessarius : promptum et tenacem, majorum rerum capacem caveat confessarius ne absque absolutione dimittat; nam hujusmodi homines sibi injuriam existimabunt fieri, et confessionem per plures annos, imo forte in perpetuum deserent. Pituitosus e contra et tardus, licet se inique a confessario dimissum putet, tantæ tamen audaciæ non est ut sacramenta deserat. Prior igitur disponendus et absolvendus; posteriori vero poterit absolutio quandoque differri, ut e socordia surgat vitamque emendet.

Conditio, ætas, sexus pariter consideranda sunt. Vir altioris conditionis præsertim in pagis, si inabsolutus dimittatur, pudore et ira repletus non modo sacro tribunali vale dicit, sed etiam plurimos a sacra expiatione avocat. Puella aut mulier nobilis, vel saltem vulgo superior, si vis ut sacrilegas confessiones non emittat, vel pœnitentiæ sacramentum penitus non negligat, plerumque debet absolvi ; tanto enim pudore afficeretur, tantaque laboraret infamia, ut valde timendum sit ne, confessoris jussu prorsus neglecto, ab ultiore confessione plane abstineret, aut saltem in confessione peccata silentio præteriret. Item remedium illud caute adhibendum est erga pueros aut puellas. Sane violentæ huic medicinæ vix resistere valent pravæ eorum consuetudines, sed aliunde valde timendum est ne deinceps os eorum claudatur, et per totam vitam sacrilegas instituant confessiones.

40. Ex iis, quæ breviter in hac conclusione disputavi, concludant confessarii, quam difficile in sacro tribunali sit opus medici recte gerere erga recidivos ; plurimumque a Deo petendum lumen, ut juxta prudentiæ regulas et sapientiæ normam, clavium potestate utantur. « Hoc certum est, ait »S. Ligorius (1), quod in hac materia tam errent, qui æquo

tentiæ adhærere. Verum integra remanet doctrina superius expressa, nimirum, facilius absolvendum illum qui intrinseca fragilitate, quam qui occasione extrinseca impulsus, frequenter reincidit in peccata.

(1) L. c., n. 464.

»sunt faciliores, quam qui æquo rigidiores sunt in absol-»vendo; utrumque extremum perniciosum; multi enim con-»fessarii, ob nimiam facilitatem absolvendi, in causa sunt, »ut plures animæ in perditionem abeant; sed alii, ob nimiam »rigiditatem, non minoris sunt detrimenti. »

CONCLUSIO IV.

41. *In dubio num profutura sit absolutionis dilatio, mitius agendum est cum pœnitente.*

Absolutionis dilatio non est medium a peccatis certo retrahens, nec ad id necessarium omnino est. Multi enim, licet ipsis differatur absolutio, iterum in peccatum labuntur; aliunde vero, alia suppetunt media ad emendationem obtinendam, inter quæ imprimis venit ipsamet absolutio, seu sacramentum, quod tum gratia habituali, tum auxiliis actualibus pœnitentis adauget vires, ut se contineat a relapsu. Utrumque igitur est medium conferens ad emendationem, et absolutio et absolutionis dilatio, cum hoc tamen discrimine, quod absolutio sit medium ordinarium, absolutionis vero dilatio sit medicina extraordinaria, violenta, adeoque magis periculosa. Pœnitentibus dispositis impertita absolutio semper confert ad emendationem, quia semper dat gratiam, nec ullum damnum adfert. E contra absolutio negata, licet pro aliquibus remedium sit efficacius quam concessa, multis tamen grave damnum causare potest, iis nempe qui attritionem tantum habent, et quorum opera mortua sunt. Nec minus illud malum gignit, quod plerique sic rejecti, vel dimissi sacramentorum appetentiam, suæque salutis zelum, quasi desperantes, amittant. Illud igitur remedium caute est adhibendum, et tunc solum quando tanta ejus videtur utilitas, ut omnibus prævaleat damnis et periculis quæ secum trahit; ne confessarius, dum pœnitenti suo mederi studet, illum in peccata profundius immergat.

Ex dictis merito concluditur, quod in dubio remedium minus

periculosum sit adhibendum : in medicamentis enim, tutiora sunt probabiliora, ut ait S. Ligorius (1): unde differenda non est absolutio, si de bono hujus dilationis effectu dubitetur.

42. Ut res clarius pateat, hic subjungo nonnulla quæ habet doctissimus P. Francolinus, in suo *Clero romano* (2), et quæ ad rem optime faciunt.

« Prænonco confessarium, cum deprehendit pœnitentem indispositum ex. gr. accessisse imparatum, et animo indiscusso, vel perseverantem in occasione proxima, vel nihil emendatum, nihilque conatum ut se corrigeret, debere plerumque, saltem ex charitate, ipsum disponere, cum id ex dictis possit facile fieri, et ex alia parte, dilatio absolutionis sit plerumque adeo pœnitenti damnosa. Certe optime faciet ipsum disponens, et absolvens, nam disponendo facit absque dubio actum charitatis, absolvendo autem sic dispositum et volentem statim absolvi, facit plerumque actum justitiæ. Id absque dubio admittes.

Doctor rigidus. Et quomodo non admittam quod ex antecedentibus aperte colligitur?

Doctor discretus. Prænonco tandem, frequentius quidem in administratione hujus sacramenti ex nimia benignitate, quam ex nimio rigore peccari, majus tamen esse peccatum nimium rigorem, quam nimiam benignitatem. Frequentius quidem peccatur nimia benignitate, quia longe plures sunt ii confessarii, qui oscitanter audiunt confessiones, qui videlicet, nec satis explorant statum pœnitentis interrogando, nec satis ipsum emendare curant, aut disponere, monendo, increpandoque, quam sint ii confessarii, qui nimis interrogant, aut nimis increpant, aut nimis severe judicant de statu, et obligatione pœnitentis. Is tamen rigoris excessus est malum longe majus, quia exasperat pœnitentem, et ex disposito subinde facit indispositum. Rursus removet pœniten-

(1) Tract. 1, *de conscientia*, n. 45.
(2) Tom. I, disp. 5, n. 46-48.

tem a Sacramentis, facit cum aversum ab Ecclesiæ Ministris, et ab ipsa christiana religione, et in desperationem facile inducit : Quare Joannes Damascenus, apud Petrum Blesensem : *de pœnit. et satisfact.* quin omnes Patres satis communiter monent : tutius esse rationem reddere de misericordia, quam de severitate justitiæ. Id absque dubio concedes? Jam vero ventum est ad id, quo te ducere destinaveram.

Ex iis enim, quæ hactenus præmonui, eruitur manifeste, non proficisci ex virtute, quod pœnitentibus relapsis, et sponte ad confessionem accedentibus (de his enim loquor), differatur absolutio; nam ii plerumque saltem conati sunt non relabi, sunt igitur censendi plerumque bene dispositi : ergo cum dilatio absolutionis sit ex dictis remedium plerumque adeo anceps, imo adeo damnosum, jam charitas, et justitia postulat plerumque, ut statim absolvantur, si præsertim nolint expectare. Si vero sint indispositi, cum ex dictis facile disponi possint, jam charitas aut obligat, aut suadet, ut disponantur. Si ergo non disponantur et rejiciantur, jam rejiciuntur aut ex defectu charitatis necessariæ, aut ex defectu ferventioris charitatis, si vero plerumque absolvantur statim, id fit juxta regulas justitiæ, aut charitatis. Ergo prædicta praxis differendi plerumque absolutionem relapsis non oritur ex virtute, sed aut ex injustitia, aut ex charitatis debitæ defectu, aut ex charitate remissa, et e contra praxis contraria est conformis regulis justitiæ, aut charitatis. Ergo ex iis, quæ hactenus, et per gradus concessisti, concedere debes vestri rigoris praxim laudabilem non esse, esse autem laudabilem praxim nostræ benignitatis.

42. *D. R.* Id quidem ego concedere nolebam, sed paulatim præfatis propositionibus effecisti, ut negare non possim. Assentior igitur, dummodo quod ultimo loco monuisti, de iis relapsis sermo sit, qui sponte ad confessionem accedunt.

D. D. De his me locutum interim assero, nam alia est ratio eorum, qui accedere compelluntur, ut sunt qui confitentur solum in Paschate, quique in collegiis, et scholis ad confessionem iis solis diebus accedunt, quibus accedere ex lege tenentur. Cum iis enim (dicam ingenue quod sentio, non enim cuiquam adulari volo, et quamvis Doctor benignus sim, cum tamen tempus, et ratio postulat obrigesco) cum iis, inquam, severius agendum est. Persæpe enim nec dispositi accedunt, nec possunt facile disponi. Primum contingit, quia non solent accedere eo animo, ut cum Deo reconcilientur, utque aliam postea vivendi rationem instituant, ut accedunt ii, de quibus antea agebamus. Alterum vero, quia adhortationibus, et increpationibus, quibus occalluere, non admodum commoventur. Utramque hanc regulam benignam cum sponte confitentibus, rigidiusculam cum aliis confiteri compulsis, proponit Layman lib. 5, tract. 6, cap. 4, n. 10 et 11, probantque reliqui nostræ scholæ Doctores.

D. R. Probo etiam ego sic temperatam, et sequar, nec semper veniam relapsis dabo, nec semper negabo.

D. D. Id satis non est, nec id faciendum paulo ante ex meis propositionibus colligebas.

D. R. Quid ergo faciam?

D. D. Accipe. Quicumque ad te venerint pœnitentes, aut venia dignos credas, aut facias, aut facere contendas. Brevius. *Rejicias nunquam. Audi semper. Solve frequenter.*»

§ 5.

De auctoritate SS. Patrum in præsenti quæstione.

Neutri prædictorum systematum, imo potius nostræ doctrinæ favet sensus Patrum et Sanctorum.

43. Hoc caput dissertationi inserere primum in animo mihi non erat: vanum quippe mihi videbatur nonnullos produci

testes, etsi maximæ auctoritatis, quos diversi diversimode, juxta suum quisque systema, intelligunt. Re tamen melius perpensa, utile duxi ostendere quam unanimi consensu omnes SS. PP. doceant partes medici spiritualis a confessore præcipuas agi, quando de differenda cogitat absolutione; quo ex principio, facile quisque eruet aut differendam, aut impertiendam fore absolutionem, juxta spem quam ex illius concessione vel dilatione concipere potest confessarius. Omnes ergo sancti scriptores, qui rem nostram attigerunt, æquivalenter cum DeLugo prædicant : *Quum confessarius judicat expedire dilationem absolutionis, ad hoc ut pœnitens reddatur magis cautus, nec ita facile relabatur, potest certe et debet aliquando*, ut medicus, hoc remedium *adhibere*. Cæteros vero qui a rigoristis vel a facilioribus in sui systematis patrocinium vocantur, ita generaliter esse locutos ut ex illorum verbis, aliquid certi deducere impossibile sit, ex infra dicendis patebit.

Porro a sanctis Patribus ordiamur.

S. Cyprianus, quem sibi patronum rigoristæ vindicant, libro *De lapsis* (1) ita loquitur : « Qui peccantem blandimentis »adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat : nec »comprimit delicta ille, sed nutrit. At qui consiliis fortioribus »redarguit simul atque instruit fratrem, promovet ad salutem. »Quos diligo, inquit Dominus, redarguo et castigo. Sic oportet »et Dei sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed »remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus, qui »tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, et in »altis recessibus viscerum virus inclusum dum servat, exag»gerat. Aperiendum vulnus est, et secandum, et putraminibus »amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur et clamet »licet, et conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias »aget postmodum cum senserit sanitatem. » Sane laudatus Pater, adversus consuetudinem tunc temporis invalescentem,

(1) Pag. 220, edit. Antverp. 1589.

facilius lapsos reconciliandi, acriter invehitur, sed quare, nisi quia medicina apta non videbatur? Alias enim fuit ipse lenitatis et benignitatis defensor.

44. Liceat in probationem unum alterumve factum adducere. Is erat rigor nonnullorum Episcoporum ut ægre ferrent quod lapsis in primo fidei certamine, sed lapsum suum ex corde detestantibus, volentibusque in altero certamine, quod instabat, fortius pro fide dimicare, statim venia concederetur. Quos Cyprianus redarguens ait (1): « Quod si de collegis aliquis extiterit, qui, urgenti certamine, pacem fratribus et sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die judicii Domino, vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. »

Aliud exemplum in promptu est Trophimi Episcopi, qui cum suo populo statim fuit receptus a sanctissimo Pontifice Cornelio; hic proinde male audiit apud quosdam Episcopos Africæ veluti nimis benignus : sed a S. Cypriano, ad Antonianum (2) ita scribente, Pontifex fuit egregie defensus : « Nam sicut Antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris, carissimus frater noster Cornelius necessitati succubuit : et quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo, et satisfaciente, et pœnitentia deprecationis errorem pristinum confitente, et fraternitatem quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate et satisfactione revocante, auditæ sunt ejus preces, et in Ecclesiam Domini non tam Trophimus, quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est, qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. »

En quomodo ille sanctus Antistes severitatem benignitate temperabat, en quomodo vel statim dandam lapsis pacem vel ad tempus differendam, juxta diversas temporis, per-

(1) Epist. 54, pag. 99, edit. cit.
(2) Epist. 52, pag. 86, edit. cit.

sonæ, etc. circumstantias, ut peritus medicus, edocebat.

45. Quid dicam de S. Joanne Chrysostomo, contra quem is fuit sextus articulus accusationis, ut refert Baronius, ad annum 403? « Nempe quod aditum aperiret peccantibus, »dicens : si iterum pecces, iterum pœnitentiam facito, et »quoties peccaveris, accede ad me, et ego te curabo. » Is enim in curandis animæ morbis, prudentissimus fuit, hic vulnera vino oleoque perfundens, illic secando et urendo. « Neque enim, ait (1), temere ad peccatorum modum oportet »et pœnam adhibere; sed peccantium propositum exploran- »dum est ne, dum quod scissum est consuere vis, deteriorem »scissuram facias, neu, dum lapsum emendare studes, »majorem ruinam pares. Nam qui infirmi sunt ac remissi, »magisque mundi deliciis irretiti, quique ex genere et »potentia altum sapere possunt, ii sensim paulatimque a »peccandi consuetudine retrahi, ac, si non penitus, partim »saltem ab iis, quibus detinentur, malis liberari possint : qui- »bus si statim correptionem inducas, etiam minore illa emen- »datione privabis. »

46. Mansuetum, benignumque audivimus medicum qui ægrotorum infirmitati se accommodans, cavet ne illis etiam justam *correptionem statim inducat*, ut *sensim ac paulatim peccatorum emendationem* adducat. Nunc æque misericordem sed aliam viam ineuntem, salvandi ægroti causa, peritissimum audiamus (2). « Si quispiam Christianis hominibus convenire »dixerit, humanitatem erga peccantem fratrem adhibere, »discat ille humanitate eum uti qui irascitur; non eum a quo »*præmature*, qui peccat advocatur, nec peccati sui sensu »affici sinitur. Uter enim, quæso, febre ac phrenesi laboran- »tem misericordia prosequitur? Isne qui in lecto eum sternit »ac vinculis astringit, atque a noxiis cibis et potionibus arcet : »an qui ei mero se ingurgitandi facultatem præbet, ac sui juris

(1) Lib. 2. *de sacerdotio*, n. 4.
(2) Hom. XIV, in 2 ad Corinthios, n. 3.

»et arbitrii eum esse jubet, omniaque facere sinit quæ ab »homine sano atque incolumi valetudine fieri debent? An non »morbum quoque hic auget, qui humanitatis officio fungi »sibi videtur : cum contra ille morbum pellat ac profliget? »Eodem modo hic quoque judicamus : humanitatis enim est »ægrotis *non ubique* indulgere, nec præposteris ipsorum »cupiditatibus blandiri. Nemo enim, qui apud Corinthios stupri »crimine sese obstrinxerat, tam amabat quam Paulus qui »eum Satanæ tradi jubebat : nemo rursus tam eum oderat, »quam ii qui peccanti applaudebant, et obsequebantur. »Atque hoc exitus rei comprobavit : illi enim ipsius etiam »animum inflarunt, ac tumorem majorem effecerunt; hic »autem tumorem compressit, nec ante abstitit quam eum »integræ valetudini reddidisset. Atque illi quidem malum »quod jam erat, auxerunt; hic vero id, quod primum con»tractum fuerat, evulsit. Quocirca, nos etiam has humani»tatis clementiæque leges addiscamus. Nam et tu si equum »videris qui in præcipitia feratur, frænum injicis, acriterque »inhibes ac sæpe flagellas; quamquam cruciatus hoc est; »verum hujusmodi cruciatus salutem ei affert. Eamdem igitur »erga eos qui peccant rationem tene : vinculis eum qui »scelus admisit coerce, usque dum ipse Deum sibi propitium »et placidum reddiderit. Solutum eum ne linquas, ne aretio»ribus divinæ iræ vinculis constringatur... Ne hanc rem cru»delitatis ac sævitiæ esse arbitreris, sed summæ clementiæ »ac benignitatis, *præstantissimæque medendi rationis*, nec »vulgaris erga peccatoris salutem curæ. »

Prælaudatis S. Chrysostomi verbis quidquam addere omnino supervacaneum est, quippe quæ doctrinam supra traditam nedum confirmare, quin potius illam ipsissimis terminis exprimere fundareque videntur. Hinc ad S. Augustinum cito transeo.

47. Quæ de S. Joanne Chrysostomo, eadem de S. Augustino dicenda sunt. Hic, occidentalis Ecclesiæ lumen, eamdem

erga peccatores rationem tenuit, quam suus in oriente æmulus; haud secus ac medicus habilis, absolutionem vel tribuens, vel negans, juxta ægrotorum dispositionem morbique naturam. Quanta severitate sit refertus, audi (1). « Hoc attendite, Fratres, quia omnes carnales medici, » quoties ad eos, qui in corpore ægrotare videntur, veniunt, » omnia quæ eis delectabilia esse videbantur, abscindunt, et » quod dulce est, ad integrum interdicunt. Aliquoties etiam » frigidam accipere non permittunt; interdum et amarissimas » potiones bibere cogunt et asperrimis ferramentis eorum » vulnera frequenter incidunt. Hoc ergo quod pro sanitate » corporum carnales medici faciunt, pro animarum salute » spirituales medici exercere contendunt. Hæc ego cogitans, » fratres carissimi, et tam pro mea quam pro vestra salute » rationem me redditurum esse ante tribunal æterni judicis » non ignorans, eligo aspera quidem, sed salubria vobis medi- » camenta ingerere, et vobiscum postea in Angelorum con- » sortio perpetua merear incolumitate gaudere (2). »

« Quid tam pium, exclamat idem Doctor (3), quam » medicus ferens ferramentum. Plorat secandus et secatur; » plorat urendus et uritur : non est illa crudelitas, absit ut » sævitia medici dicatur. Sævit in vulnus, ut homo sanetur, » quia si vulnus palpetur, homo perditur. »

Quanta vero misericordia et benignitate sit præditus Augustinus, audiamus (4) : « Sunt qui clamant non esse remis- » sionem peccatorum baptizatis per pœnitentiam..... Adhuc » instant perfidi, qui sapiunt plus quam oportet ; non sobrii,

(1) Serm. 67. *de tempore.*

(2) Au jugement des Bénédictins, éditeurs de S. Augustin, ce sermon n'est point du S. Docteur. Il a pour auteur S. Césaire, Evêque d'Arles. V. *Opera S. August.*, tom. V, Append. serm. 249 col. 409, edit. Benedict. (*Rédaction.*)

(3) Serm. 15 *de verbis Domini.* (Serm. LXXXIII, n. 8, edit. Benedict., tom. V, pag. 451.)

(4) *De vera et falsa pœnitentia*, n. 9 et 10. (Edit. Benedict., tom. VI, Append. col. 234.)

»sed excedentes mensuram. Dicunt enim : et si semel peccan-»tibus post Baptismum valeat pœnitentia, non tamen sæpe »peccantibus proderit iterata : alioquin remissio, ad peccatum »esset incitatio. Dicunt enim : quis non semper peccaret, si »redire semper posset? Dicunt enim Deum incitatorem mali, »si semper pœnitentibus subvenit; et etiam ei placere peccata, »quibus semper præsto est gratia. Errant autem. Imo constat »ei peccata multum displicere, qui semper præsto est ea de-»struere... Videmus adhuc quotidie, in Ecclesia sæpe febrici-»tantes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe »liberari; ut appareat toties opus miserentis quoties confessio »fit pœnitentis... Medicum se vocat, et non sanis, sed male »habentibus opportunum. Sed qualis esset hic medicus, qui »malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies »infirmum visitare ; centies curare (1). »

48. Item S. Prosper (2) docet refugiendam severitatem, quando scilicet inde exacerbabitur pœnitens et in omnia mala se præcipitem dabit. « Proinde, inquit (3) quia nec »objurgari omnes expedit, nec omnes blande tractari ; sciunt »sancti sacerdotes atque discernunt, quos debeant temperata »severitate corripere, et quos sacerdotali magnanimitate »portare : et ideo omnium quos per Dei gratiam curant, non »voluntati, sed utilitati prospiciunt... Eos quos probant in-»crepationem posse pati castigant, et impatientes objurga-»tionis ut languidos palpant ; non eis adulando, quod tales »sunt, sed infirmitatibus talium compatiendo, si forte aliter »sanari non possunt. Ceterum si Ecclesiæ communione pri-

(1) Les Bénédictins sont encore d'avis que cet ouvrage n'est pas de S. Augustin. V. *Admonitio in librum de vera et falsa pœnitentia*, tom. VI, append. Col. 231. (*Rédaction.*)

(2) On a longtemps attribué cet ouvrage à S. Prosper. Aujourd'hui les érudits s'accordent à reconnaître qu'il est l'œuvre de Julien Pomerius. V. la preface de cet opuscule dans les œuvres de S. Prosper. Tom II, pag. IV, edit. Bassani, 1782. (*Rédaction.*)

(3) Lib. 2, *de vita contemplat.* cap. 5.

»ventur infirmi, qui curari adhibita increpatione non pos-
»sunt ; aut intolerabilis mole tristitiæ supra modum gravati,
»gravitati succumbunt, et sanctorum omnium vultus per
»quos possent restitui Deo, refugiunt : aut certe ad omnem
»peccandi impudentiam, si fuerint exacerbati, prosiliunt et
»quidquid mali occulte faciebant, publice perpetrabunt, in
»tantam vesaniam reparandæ salutis desperatione prolapsi,
»ut seria verba corripientium in jocos exitiabiles, impu-
»denti urbanitate convertant, ac maledicaces in se, ex ipsa
»jactatione turpitudinis suæ, turpiter viventium malevolas
»lætitias pascant. Propter hoc ergo blanda pietate portandi
»sunt, qui increpari pro sua infirmitate non possunt. Ecce
»quomodo peccantes omnes blande tractat aut increpat, qui
»nihil aliud, nisi eorum salutem, quibus vult prodesse, con-
»siderat. »

Ex hisce textibus, aliisque plurimis quos congerere facile foret, regula normaque confessariis eruitur. Prudentia tanta præditus esse debet medicus spiritualis, ut apprime sciat, num absolutio sive dilata, sive concessa cum aliis adhibitis remediis, sit medicina apta ad infirmum curandum, ad vulnera peccati extirpanda, ad pravam consuetudinem abolendam. Timeat ne veniam negando in desperationem projiciat pœnitentem; caveat vero ex alia parte ne mitius agendo, illum in pravis habitibus et peccatis tabescentem relinquat. Sed quid inde, verane est nostra doctrina ? Utique.

Non enim sollicite et anxie quærunt S. Doctores num peccator, quia multoties relapsus est, possit haberi nunc dispositus, sed toti sunt, in remedio vulneribus peccati conveniente quærendo et applicando : hic severiores, illic mitiores, juxta spem quam in medicina ponunt. Hinc recte mihi licuit dicere, neutri systematum, imo potius nostræ doctrinæ favere sensum SS. Patrum.

49. Ad sanctos scriptores recentioris ævi nunc veniamus.

S. Thomas a Villa nova, quem tanti faciunt rigoristæ et ad nubes usque extollunt, eo quod objurget confessarios impie pios qui omnes indiscriminatim absolvunt, loquitur proprie et in specie, de illis peccatoribus qui vel hærent in occasione proxima et per se peccati mortalis, vel restitutionem ad quam tenentur semper differunt (1). « O peccator, si vere » ploras, veni foras : fuge concupiscentiam, dimitte lasciviam, » *expelle mulierculam*, solve catenam, alias non credo verbis, » non credo verbis, non credo lacrymis; funiculus triplex malæ » inclinationis, pravæ consuetudinis, violentæ occasionis difficile » rumpitur. Miraculum est grande, ut *habens juxta se mulierem* » non tangat eam, et utique qui tangit picem inquinabitur » ab ea. In sinu tuo carbones foves, et tuum non comburetur » vestimentum? Etiamsi millies juraveris, etiamsi obtestando » promiseris, nunquam tibi credam.... Quem suscitat Deus, » hunc solvit medicus. Prius ergo vadat, et *concubinam a* » *domo pellat*, pecuniam alienam restituat, contractus usu- » rarios rumpat, famam proximi læsam, prout potest, resar- » ciat, mercenariorum labores, et pauperum debita solvat, » offenso fratri reconcilietur et veniam petat, et tunc ad » confessarium redeat et absolvatur. Hic rectus est ordo, hic » in Lazari suscitatione a Domino servatus est, hunc ordinem » ne transgrediaris. O medice cur fœtentem solvis? Cur in- » digno veniam promittis?... O miseri animarum, non dicam » curatores, sed interfectores... Quid Ecclesiam Domini hodie » perdit, nisi confessariorum et pastorum blandiens adu- » latio?... Hæc contra quosdam confessarios nostri temporis » pie impios et impie pios dicta sint, qui ne confitentem ali- » quantisper contristent, illum in sua nequitia manere per- » mittunt. At quanto melius esset ad modicum contristare, » quam in æternum damnare. »

30. S. item Franciscus Xaverius a rigoristis inter ipsorum

(1) In fer. VI. post Dom. 4 Quadrages. n. 3.

patronos adscribitur, sed quam erronee breviter ostendam. Etsi enim exactissime ejus doctrinam et praxim retulisset Tursellinus, adhuc tamen non rigoristarum systemati, sed doctrinæ supra expositæ faveret. En quid, juxta Tursellinum (1), prælaudatus sanctus erga recidivos et male habituatos agendum esse docet : « si quando solutioris vitæ »homines ad confessionem accedant..... confessionem non »continuo sequetur absolutio, sed biduum triduumve dabitur »eorum pectoribus, certarum rerum meditatione præpa»randis, ut interim, primo animorum maculas voluntariis »eluant pœnis; secundo, si quid debent, restituant; tertio, »simultates, si quas habent, deponant; quarto cum inimicis »redeant in gratiam; quinto a libidinis consuetudine; sexto »et a cæteris flagitiis quibus impliciti sunt, expediantur. Hæc »omnia absolutionem præcurrant rectius, quam sequantur. »Namque istiusmodi homines in ipsa confessione promittunt »se cuncta facturos : post absolutionem, fidei datæ immemores, promissa irrita cadere patiuntur. Proinde elabo»randum est ut absolvendi repræsentent, quod præstare »debent absoluti... »

Jam vero ex his verbis nonne evidenter constat hic confessarium esse prudentem medicum, qui vulnera non tantum tegit, sed et curat. Illi peccatores de quibus loquitur sanctus, erant dispositi, et ex vi occasionum aut habitus ad vomitum redibant. Non ergo ut judex, confessarius illis absolutionem differt, sed tanquam sapiens medicus.

Quod non tantæ severitatis fuerit S. Franciscus erga peccatores, superabunde probant ejusdem aliæ epistolæ ad eumdem P. Barzæum (2). « Ubi peccata totius vitæ exponentem »audierit sacerdos, suaviter adducat ut *libenter* patiatur »differri sibi absolutionem ad dies aliquot, quibus se sacris »commentationibus... exerceat. »

(1) *S. Franc. Xaver. vita*, lib. VI, cap. 17.
(2) Possevin. Epist. S. Franc. Xaver., lib. VI, epist. 8.

Demum in illa quam citat Tursellinus epistola, agitur, non de recidivis, sed de illis qui aut restituere neglexerunt, aut in occasione proxima implicantur (1). Indeque et ruit adversariorum argumentum, licet nostra propositio comprobetur, scilicet monita S. Francisci Xaverii ad confessarium præcipue ut medicum directa esse.

51. Maximi faciendæ sunt S. Caroli Borromæi Mediolanensis Archiepiscopi Instructiones, quas Romani Pontifices non modo summis laudibus extulerunt, sed etiam confessariis sequendas proposuerunt. De his instructionibus sic Cardinalis Carpagna, Innocentii XII vicarius, alloquitur confessarios Distractus Romani, anno 1700 (2) : « Proponit vobis (summus »Pontifex) novas leges *quas in officio vestro sequamini*, jam »olim præscriptas a magno illo Ecclesiæ lumine, et verorum »Pastorum exemplari S. Carolo, de quo dici potest quod olim »de S. Basilio, ut ille per Cæsariensem, ita hic per Medio»lanensem Ecclesiam toti præluxit orbi. Si tamen novæ leges »dici possunt, cum eas ex visceribus antiquissimæ Ecclesiæ, »et sanioris doctrinæ arcanis sanctus Præsul acceperit ; aut

(1) « Aussi est-il bien souvent nécessaire après la confession de »remettre l'absolution à quelques jours de là, quand le pécheur ne sera »pas atteint d'une suffisante douleur et désir d'amendement ; même »qu'ayant déjà très-souvent promis de faire des restitutions, ou de quitter »les occasions du péché, il est toujours en défaut coupable. *Car à de telles* »*gens* il est très-bon et souvent nécessaire de leur donner trois ou quatre »jours durant lesquels.... outre les motifs de contrition qu'ils rumine»ront, les obliger pendant ce temps-là de se reconcilier avec leurs ennemis, »de se défaire de la mauvaise compagnie qu'ils ont dans leur maison, »de satisfaire à ceux dont ils détiennent le bien, et de rompre ainsi les »autres chaînes dont ils ne se sont jamais bien dépris. Car comme il y a »bien à dire du promettre au tenir, après qu'ils ont manqué de fidélité »aux autres confesseurs, il est force de leur faire exécuter devant l'abso»lution ce dont ils se sont toujours oubliés de s'aquitter, n'y ayant au »monde meilleure caution des promesses qu'une exécution anticipée » Hæc epistola legitur in opusculo Namurci 1736 impresso, *Instructions de S. Charles Borromée.*

(2) V. *Doctrina de administrando Sacr. Pœnit.* Antv. 1701.

» potius hauserit ex ipsa Sacramenti Pœnitentiæ natura, » quod, cum *instar judicii emendatorii* institutum sit, neces- » sario exigit, ut et puniantur peccata præterita, et quantum » Dei adjuvante gratia fieri potest, nova arceantur. Exhor- » tatur itaque vos SS. Pater ut sacras hasce leges et monita » sapientissima, quæ hoc libello continentur, legatis ac rele- » gatis, versetisque assidue manibus tanquam regulam auream » qua perversos populi Christiani mores facile restauretis. »

Addam Concilium provinciale Romanum anni 1725 decre- visse ut, ad confessiones audiendas, non approbarentur nisi qui sint in monitis S. Caroli instructi. « Sacræ audiendæ con- » fessionis munus sacerdotibus regularibus, quamvis ad illud » ipsi et peritia et scientia idonei appareant, Episcopi non » committant : nisi a Monasterii Præfecto literis testatum fiat, » eos *in probatissimis* etiam, pro confessariis datis, *S. Caroli* » *monitis* instructos esse, etc. (1). »

52. Audiamus ergo S. Carolum (2). « *Est præterea consultum* » absolutionem differre, donec evidens (3) appareat emen- » datio in iis qui, tametsi dicant et polliceantur, quod se » eximent peccato, tamen confessario probabilem faciunt » metum ne contrarium contingat. Ex hoc genere esse solent » plærique adolescentes qui in otio vitam agunt, qui luxui (4) » dediti, crapulam et amores inhonestos sequuntur, qui libi- » dinibus pascuntur, verba obscœna proferunt, murmurant, » in odiis ac detractionibus versantur quotidie, et confessionem » differunt in ultimos Quadragesimæ dies. Idem faciendum est » cum iis qui, cum multos annos in peccatis suis perdurant, » nulla interim adhibita opera in emendationem vitæ, in » eadem peccata iterum atque iterum labuntur. Deinde *nec eos*

(1) Titul. XXXII, cap. 2.

(2) *Pastor. Instruct. cum notis Sylvii*, Part. 2, cap. 15.

(3) Le texte italien porte : *finchè si vede qualche emendazione*, donec *aliqua* appareat emendatio.

(4) En italien : *il più del tempo stanno in professione di giuochi*, qui passent la majeure partie du temps à jouer.

» *absolvat* qui cum peccatis mortalibus simul etiam eorum » occasiones vitare plane non proponunt. »

Bene pensanda sunt verba. *Est consultum,* inquit laudatus sanctus : ergo necesse non est recidivis absolutionem differre. Modus igitur erga tales agendi prudentiæ peritiæque confessarii relinquitur. Præterquam quod aliis omnino verbis utitur, dum agit de iis qui peccati occasionibus valedicere nolunt. *Deinde nec eos absolvat*, juxta Sylvii versionem (1) aut juxta Possevinum (2), *sciant denique non posse se iis impendere beneficium absolutionis.* Quantum discriminis ! Illic consilium est ut differatur absolutio, hic neganda; illic si ita postulat status ægroti, post sufficientem expectationem, etc., dari potest absolutio, quum tunc non sit consultum differre, hic vero, eo quod agatur de occasione peccati quam linquere non vult, pœnitenti semper deneganda est absolutio.

53. Cæterum ut clarius appareat quanti habeat S. Carolus officium medici in confessario, sequens ejus monitum subjicio circa absolvendos eos qui in occasione versantur. Agens enim de occasionibus quæ suapte natura trahunt in consensum peccati mortalis, sic loquitur (3). « Primo absolutionis » beneficium eo usque extrahat, donec emendationis indicia » videat, *maxime si absolutio, citra aliquod illius periculum* » *vel infamiam, procrastinari possit.* » Porro quis neget esse *aliquod pœnitentis periculum*, si v. g. confessarius juste timet ne amplius non redeat, aut ne in desperationem actus, passionibus laxet habenas? Hinc est quod in tali casu, confessarius non semper negare debeat absolutionem ; imo eam si prævideat multo profuturam, pœnitenti impendere possit.

54. Transeamus nunc ad Catechismum Romanum, ut ex illo elucescat quantum nostra cum Ecclesiæ doctrina concordet. Medici prudentiam maxime in confessario requirit. « In primis

(1) *Loc. cit.*, cap. 16.
(2) Biblioth. select., sect. I, lib. 3, cap. 23.
(3) Part. 2, n. 73.

»opus est (1), ut hujus Sacramenti minister tum scientia et »eruditione, tum prudentia præditus sit : judicis enim et »medici simul personam gerit. Ac quod ad primum attinet, »satis constat non vulgarem scientiam necessariam esse..... »Ut autem medicus est, summa quoque prudentia indiget : »etenim diligenter providendum est, ut ea remedia ægroto »adhibeantur, quæ ad illius animam sanandam, et in poste»rum contra morbi vim muniendam, aptiora esse videantur.»

Diversi itaque morbi a confessario caute examinandi, illisque aptum applicandum remedium. Quod si absolutionis dilatio talis videatur ut ex illa ægrotus proficiat, utique adhibenda est, quum aliunde, si absolutio profutura foret, sine dubio impertienda esset.

Quo vero ad illum celeberrimum Catechismi Romani textum, quem sibi favere alte prædicant P. Faure et Salvatori, mihi videtur ab ipsis recte intellectum non fuisse. Notandum est enim Catechismum Romanum, ubi de Pœnitentia, primum de contritione, deinde de confessione in pœnitente requisita agere. Postea loquitur de confessarii dotibus et modo agendi in sacramento : « Sed jam ordo rerum postulat, cum de mi»nistro dictum sit, ut quædam præcipua capita explicentur, »quæ ad confessionis usum et tractationem non parum sunt »accommodata, » n. 75. Quonam vero ordine pars ista in Catechismo explicatur? Primum (n. 76), sacerdotes in pœnitente diligenter observabunt si veram peccatorum suorum contritionem habeat et propositum non peccandi. Si pœnitens contritus appareat, absolvatur post exhortationem (n. 77). « Sin autem sacerdos intellexerit eum qui velit confiteri, »adeo peccata sua non dolere, ut vere contritus dicendus »sit ; conetur magno contritionis desiderio eum afficere, ut »deinde hujus præclari doni cupiditate incensus, illud a Dei »misericordia petere et efflagitare in animum inducat (n. 78). »

(1) Part 2, n. 73.

55. Sequuntur monita confessariis erga illos pœnitentes qui peccata sua excusant, minuunt vel reticent (79-80). Alii quoque sunt qui in examinanda conscientia negligentes sunt, nec sciunt se accusare, imo nec unde accusationis officii initium ducendum sit (81). Quid cum istiusmodi agendum? En doctrina Catechismi : « Quare si sacerdos hujusmodi homines prorsus imparatos esse cognoverit ; humanissimis verbis »a se dimittet, hortabiturque ut *ad recogitanda peccata* »aliquod spatium sumant ; ac deinde revertantur. Quod si »forte affirmaverint se in eam rem omne studium et diligentiam suam contulisse (quoniam sacerdoti maxime verendum »est ne semel dimissi amplius non redeant), audiendi erunt, »præsertim vero si vitæ emendandæ studium aliquod præ se »ferant, adducique possint *ut negligentiam suam accusent*, »quam se alio tempore diligenti et accurata meditatione »compensaturos promittant : in quo tamen magna cautio adhibenda est.

»*Nota.* Si enim audita confessione, judicaverit neque in »enumerandis peccatis diligentiam, neque in detestandis »peccatis dolorem omnino defuisse, absolvi poterit. Si autem »utrumque in eo desiderari animadverterit, auctor illi et »suasor erit, ut *majorem curam, quod antea dictum est, in »excutienda conscientia adhibeat*, hominemque ut blandis»sime poterit, tractatum dimittet. »

Quid ex illis verbis pro nostra quæstione erui valeat? Profecto nihil. Agit enim Catechismus Romanus de peccatoribus qui imparati, non discussa conscientia, accedunt, non vero tradit regulam erga recidivos servandam. Illi, si confessarius timet ne dimissi amplius non redeant, simulque affirment se paratos et dispositos esse, audire debet ; deinde aut illos benigne dimittere, ut *majorem curam in excutienda conscientia adhibeant*, vel casu quo illos omnino non defecisse in accusandis peccatis et dolore concipiendo perspexerit, *absolvere poterit :* si nempe eo modo et sacramento

et pœnitenti magis consulat. Quid rectius, sed quid minus ad rem nostram, statuere poterat Catechismus Romanus? Utique si naturaliter sensuque obvio intelligatur, a toto cœlo aberraverunt et Salvatori et P. Faure.

56. Paucis præsens caput concludamus. Patres Sanctique recentiores qui favere videntur strictiori systemati, locuti sunt vel generatim, vel de occasione proxima et obligatione restituendi. Catechismus Romanus e contra nullo modo facilioribus favet. Omnes vero, quotquot sunt, extollunt partes medici quas confessarius agit, easque veluti principaliores habent. Indeque concludere licet quod in casu recidivi, ordinarie confessarius debeat absolutionem aut impertiri aut differre, juxta spem aut timorem quem concipit quod vel profutura vel obfutura sit.

COMMENTAIRE

Sur le titre XLVII du troisième livre des Décrétales.

DE PURIFICATIONE POST PARTUM.

I. Origine de cette cérémonie. — II. Est-elle obligatoire? — III. Le curé peut-il admettre toutes les personnes qui se présentent? — IV. Où doit-elle se faire? — V. Le curé a-t-il seul le droit de la faire? — VI. Conséquence.

I. Le Seigneur avait porté, dans l'ancienne loi, le précepte suivant : « Si une femme ayant usé du mariage enfante un »mâle, elle sera impure pendant sept jours, selon le temps »qu'elle demeurera séparée à cause de ses purgations ordi»naires. — L'enfant sera circoncis le huitième jour. — Et elle »demeurera trente-trois jours pour être purifiée de la suite de »ses couches. Elle ne touchera à rien qui soit saint, et elle »n'entrera point dans le sanctuaire, jusqu'à ce que les jours »de sa purification soient accomplis. — Si elle enfante une

» fille, elle sera impure pendant deux semaines, comme lors-
» qu'elle est séparée à cause de ses purgations ordinaires, et
» elle demeurera soixante-six jours pour être purifiée de la
» suite de ses couches. — Lorsque les jours de sa purification
» auront été accomplis, ou pour un fils ou pour une fille, elle
» portera, à l'entrée du tabernacle du témoignage, un agneau
» d'un an pour être offert en holocauste, et pour le péché le
» petit d'une colombe, ou une tourterelle, qu'elle donnera au
» prêtre, — qui les offrira devant le Seigneur, et priera pour
» elle, et elle sera ainsi purifiée de toute la suite de sa couche.
» C'est là la loi pour celle qui enfante un enfant mâle ou une
» fille (1). »

Quoique cette loi ne la concernât point, toutefois par humilité, par esprit d'obéissance, la Sainte Vierge s'y soumit comme les autres femmes de la nation juive. « Lege hac, dit
» Schmalzgrueber, non fuit obligata B. V. Maria; quia ejus
» partus purissimus, et ab omni sorde atque immunditia
» immunis fuit. Ex devotione tamen et humilitate ipsa se huic
» legi sponte subjecit, occasionemque dedit institutioni Festi-
» vitatis, qua ejus memoriam annua veneratione colimus (2). »

Ce précepte, appartenant à la partie cérémonielle de la législation mosaïque, perdit sa force obligatoire, quand la loi de Moïse fut abrogée par la promulgation de l'Evangile. « Mysterium redemptionis humani generis, dit S. Thomas,
» completum fuit in passione Christi.... et ideo tunc totaliter
» debuerunt cessare legalia, quasi jam veritate eorum con-
» summata (3). » Les femmes chrétiennes ne paraissent cependant pas avoir cessé d'observer cette pratique religieuse, que nous retrouvons dans les différents siècles de l'Eglise. Au IX^e^ siècle, Léon le sage portait sur ce point la loi suivante : « Statuimus de mulieribus quæ pepererunt, et de iis quæ

(1) *Lévitique*, XII, 2-7.
(2) *Jus ecclesiasticum universum*, lib. III, tit. XLVII, n. 3.
(3) 1-2, q. 103, art. 3, ad 2.

»naturali purgatione detinentur, siquidem earum vita a nulla »alia morbosa affectione perturbetur, ut quæ non sunt quidem »initiatæ, non sint illuminationis participes : quæ autem sunt »in divinis mysteriis initiatæ, impolluta Mysteria non parti»cipent usque ad 40 dierum terminum. Quod si morbus inva»serit, et se vitam abrupturum minetur, ut sint omnino »Sacramenti participes (1). » Au VI^e^ siècle, S. Grégoire-le-Grand interrogé par l'Apôtre de l'Angleterre sur la question suivante : *Si prægnans mulier debeat baptizari, aut postquam genuerit, post quantum tempus possit Ecclesiam intrare,* lui répondit en ces termes : « Cum vero enixa fuerit »mulier, post quot dies debeat Ecclesiam intrare, Testamenti »Veteris præceptione didicisti : ut pro masculo 33 diebus, »pro femina vero 66 debeat abstinere. Quod tamen sciendum »est, quia in mysterio accipitur. Nam si eadem hora qua »genuerit, actura gratias intrat ecclesiam, nullo peccati pon»dere gravatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa »est. In carnis autem commixtione voluptas est : nam in »prolis partu dolor et gemitus. Unde et ipsi primæ matri »omnium dicitur : In doloribus paries (Gen. III, 6). Si itaque »enixam mulierem prohibemus Ecclesiam intrare, ipsam ei »pœnam suam in culpam deputamus (2). » Enfin au III^e^ siècle déjà S. Denys, Patriarche d'Alexandrie, y faisait allusion dans sa lettre à Basilide (3).

Si les Chrétiens se conformaient à cette pieuse coutume, ce n'est pas qu'ils se crussent liés par la loi de Moïse ; d'autres motifs les y déterminaient. D'abord le désir d'imiter la sainte Vierge. « Veteris legis, dit Goar, umbra dissipata, et clara »Evangelii veritate orta, Mosaicum quidem de purificandis

(1) Ap. Goar, *Rituale græcorum*, pag. 328, not. 2.

(2) *Opera S. Gregorii M.*, tom. 2, col. 1157 et 1158. Edit. Bened. Paris, 1705.

(3) V. cette lettre dans *Magna bibliotheca veterum Patrum*, tom. III, pag. 81. *Edit. Colon.*, 1618.

»a partu mulieribus præceptum ad christianas puerperas non »pertinet : Ecclesia nihilominus, quæ decorum diligit et »decorum observat, domus Dei ingressu aliquot diebus abs»tinere præcepit, ut ex Deiparæ Virginis purgationis nun»quam indigæ, purgationis tamen legem adimplentis imita»tione, earum obedientia puritatis egens probaretur (1). » Un second motif éloignait les femmes de l'Eglise pendant un certain temps : le respect, la révérence envers la maison de Dieu et les saints Mystères : « Ad Sancta Sanctorum, qui »anima et corpore purus non est, accedere prohibebitur, » disait S. Denys dans la lettre citée ci-dessus. Enfin un troisième motif d'observer cette cérémonie religieuse, est la reconnaissance envers le Seigneur : « Populus docendus, dit Vinitor, »hanc puerperæ introductionem in Ecclesia institutam, ut »post idoneam naturæ ex partus debilitate instaurationem »Deo gratias referat, et se suamque prolem illi offerat, »implorata sacerdotis per preces Ecclesiæ benedictione (2). » C'est aussi le motif que suppose le Rituel Romain.

Honorius d'Autun, auteur du XII^e^ siècle, attribue aussi une signification mystique à cette cérémonie. L'exclusion des femmes de l'Eglise signifie, pense-t-il, que les personnes immondes, impures, seront exclues du royaume céleste : « Mulieres quoque post partum Ecclesiam non intrant, quia »immundos a templo cœlesti excludi designant (3). »

II. Quelques textes des SS. Pères et quelques canons ont donné lieu au doute suivant : Y avait-il obligation de se soumettre à cette cérémonie ; ou pouvait-on l'omettre sans péché? La lettre de S. Denys d'Alexandrie ne permet guères de douter qu'il n'ait regardé cette cérémonie comme vrai-

(1) *Loc. sup. cit.*, not. 1.

(2) *Compendium de sacramentis Ecclesiæ catholicæ*, Titul. III, quæst. II, n. 2.

(3) *Gemma animæ*, lib. I, cap. 146. *Magna biblioth. vet. Patrum*, tom. XII, part. I, pag. 1037.

ment obligatoire. La Novelle de l'Empereur Léon le Sage consacre formellement cette obligation. Un canon attribué à Grégoire III paraît reconnaître le même principe : « Si qua »mulier, y lit-on, ante mundum sanguinem ecclesiam intra»verit, quia nec in usu habetur, quadraginta dies pœni»teat (1). » Les canons Arabes du Concile de Nicée (2) établissent des peines sévères contre les prêtres qui bénissent ces femmes avant le délai fixé : « Ne ingrediatur mulier men»struata ecclesiam, nec sacræ communionis particeps fiat, »donec compleantur dies illius mundationis et purificationis, »quamvis sit ex regum mulieribus, sed in domo sua maneat. »Si autem presbyterorum aliquis aut diaconorum ausus »fuerit sacram tradere illi communionem, et in ecclesiam »introduxerit illis diebus, et non remiserit eam potius in »domum suam, suo dejiciatur gradu, et fidelium communione »privetur eo quod illibata mysteria et ecclesiam sanctam »parvi fecit (3). » Il semble donc, d'après ces textes et quelques autres qu'on pourrait y ajouter, qu'il y

(1) Cap. XXX, ap. Labb., tom. VI, col. 1484.

(2) Au XVI^e^ siècle on découvrit quelques manuscrits Arabes contenant une série de canons qu'ils attribuaient au Concile de Nicée. Le P. jésuite François Turrien et le maronite Abraham Ecchellensis prétendent que ces canons sont véritablement du Concile de Nicée; mais leur opinion est généralement abandonnée. Toutefois on doit avouer, qu'à l'exception de quelques-uns d'entre eux, ces canons rendent exactement la discipline reçue en Orient avant le schisme des Grecs.

(3) Can. 29, ap. Labb., tom. II, col. 325. Un autre recueil de canons, présenté, d'après les manuscrits Arabes, à l'empereur Constantin, contient la disposition suivante : « Pariter se continere debeant »mulieres ab ingressu ecclesiæ et sacræ communionis sumptione qua»draginta dies post partum, quibus elapsis diligenter lavet vestimenta »sua mulier, et corpus quoque in balneo, necnon filium suum, deinde »offerat illum una cum marito in Ecclesia Dei catholica apostolica ad »gradus altaris, quos suscipiat sacerdos, eorumque etiam paranymphos, »et recitet pro illa orationem purificationis, et benedicat puerum secun»dum præstitutas Ecclesiæ Dei catholicæ ceremonias. Id autem fiat ante»quam accedant invicem, aut copula maritali utantur secundo post »partum. » Cap. 9, Labb. *ibid.*, col. 368.

avait une véritable obligation d'observer cette cérémonie.

S. Grégoire-le-Grand, dont nous avons reproduit les paroles, avait déjà décidé la question dans le sens négatif, et c'est ainsi qu'on regardait la chose en France. Dans un synode auquel assista S. Boniface, vers 744, on statua : « Cum enixa fuerit mulier, si statim actura gratias intrat »ecclesiam, nullo hinc peccati pondere gravatur. Voluptas »enim carnis, non dolor, in culpa est; in prolis vero prola»tione gemitus est. Si itaque enixam mulierem prohibemus »intrare ecclesiam, ipsam ei pœnam suam in culpam depu»tamus (1). » Dans sa réponse aux Bulgares, Nicolas I avait confirmé le décret de Grégoire-le-Grand. « Prædecessoris »nostri beati Gregorii Papæ vestigia sequentes, eadem quæ »ipse decernimus, etc. (2). » Innocent III donna la même solution que ses prédécesseurs, et sa réponse a été insérée dans le *Corpus juris*. L'Archevêque d'Armagh lui avait demandé : Utrum mulieres statim post partum debeant ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere? Innocent III répondit : « Licet secundum legem Mosaicam »certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum »a templi cessarent ingressu : quia tamen lex per Moysen »data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est : »Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, postquam »umbra legis evanuit, et illuxit veritas Evangelii, si mulieres »post prolem emissam acturæ gratias ecclesiam intrare vo»luerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec eccle»siarum est eis aditus denegandus, ne pœna illis converti

(1) Cap. 3. *Capitularia regum Francorum*, tom. I, col. 153. Ed. Paris, 1780. Au VI^e^ livre des *Capitulaires*, Capit. CCVII, on retrouve le texte de S. Grégoire-le-Grand, *Ibid.*, Col. 959. Cf. Canones Isaac, Episc. Lingonensis, tit. XI, c. 18; *ibid.* Col. 1279. Les Capitulaires d'Hérard, arch. de Tours, portent également : « Mulier post partum »statim ut voluerit, nisi forte sit adultera, intret ecclesiam, ac Deo »referat gratias. » Cap. LX. *Ibid.* Col. 1289.

(2) Cap. LXVIII. Labb. Tom. VIII, Col. 539.

»videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint »aliquandiu abstinere, devotionem earum non credimus im»probandam (1). » De ces textes il résulte clairement que, dans l'Eglise latine (2), cette cérémonie n'est nullement obligatoire, et est laissée à la dévotion des fidèles. Toutefois, comme cette coutume a reçu l'approbation de l'Eglise, comme les Souverains Pontifes la qualifient de pieuse et de louable (3), les curés doivent s'efforcer de la conserver, et d'en faciliter l'observation à leurs ouailles.

III. Le Rituel Romain n'exclut aucune femme de cette cérémonie. On ne serait cependant pas autorisé à en conclure que toutes celles qui se présentent ont le droit d'y être admises. Il est des liaisons que l'Eglise ne peut approuver, et dont elle doit éloigner ses enfants, en les privant même des prières qu'elle a instituées pour attirer les bénédictions de Dieu sur eux. Aussi les capitules d'Hérard de Tours (4) et les synodes de notre pays défendent-ils aux curés de purifier les femmes qui ne sont pas engagées dans les liens d'un mariage légitime, ou qui ont notoirement violé la sainteté du lit conjugal. Une autorisation spéciale de l'Evêque ou de son délégué pourrait seule rendre licite la bénédiction dans ces cas. « Si quæ autem, »dit le concile de Malines de 1574, notorie ex illicito concu»bitu pepererit, ea sine litterario Decani Christianitatis loci »consensu non purificetur (5). » « Cum reconciliationes mu»lierum, porte un synode de Tournai de la même année, »ad officium parochorum pertinere videantur, mulieres tamen »quæ in fornicatione conceperunt, ad purificationem non

(1) Cap. 1, Lib. III, Decret., tit. XLVII.

(2) Nous disons dans l'*Eglise latine*, parce que dans l'Eglise grecque cette cérémonie est vraiment obligatoire, comme le prouvent les textes cités par Goar, *Op. cit.*, pag. 328, n. 4.

(3) *Juxta piam et laudabilem consuetudinem*, dit le Rituel Romain, *hoc tit.*

(4) Nous l'avons cité ci-dessus, pag. 374, note 1.

(5) Titul. I, cap. 4. *Synodicum Belgicum*, Tom. II, pag. 196.

»admittant, sed ad decanum purificandas remittant; eisdem »stricte præcipientes ut tum demum alias mulieres purificent, »cum per mensem in puerperio jacuerint, idque de die, in »ecclesia, et non alias, salvo mortis articulo (1). » Le synode de Cambray de 1550 frappait d'une suspense réservée à l'Evêque le prêtre qui violait cette défense : « Inhibemus ne »sacerdotes vel capellani, seu vicarii eorumdem, mulieres »jacentes de partu damnato, coitu nefario, vel fornicario »notorio et manifesto, ad purificationem recipiant, sine nostra »vel officialis nostri, aut decanorum locorum civitatis aut »diœcesis Cameracensis, recepta licentia speciali. Qui vero »contra hoc facere præsumpserit, eo ipso sententiam su»spensionis incurrat : et nihilominus per officialem nostrum, »aut decanum loci, gravius, prout culpa exegerit, punia»tur (2). » Dans le diocèse de Namur, la peine était arbitraire « Non præsumat ullus Pastor, décrétait le synode de 1659, »purificare puerperas prolium illegitimarum *sub pœna arbi»traria* (3). » Le Pastoral de Bruges et les statuts de Gand reproduisent la même défense. « Ad eam (benedictionem) »lit-on dans le Pastoral de Bruges, recipi non possunt quæ »notorie ex adulterio aut fornicatione pepererunt (4). » Et dans les statuts de Gand : « Ad hanc purificationem non reci»piantur quæ notorie ex adulterio aut fornicatione pepere»runt (5). »

Toutes ces dispositions sont du reste conformes à l'enseignement des auteurs; nous nous contenterons d'en citer un, qui a très-bien traité cette matière : « Mulieres, dit Vinitor, »quæ ex illicito concubitu pepererunt, etsi nec ab ingressu

(1) Tit. *De parochis et eorum officio*, Cap. 24, *Summa statutorum diœc. Torn.*, pag. 210. Cf. Syn. an. 1481, cap. I, n. 3, *Ibid.* pag 83; Syn. an. 1520, Cap. I, n. 4; *Ibid.* pag. 127.

(2) *Statuta Synodalia ecclesiæ Camerac.*, Part. I, pag. 95.

(3) Tit. III, cap. 7, *Decreta et Statuta synodorum Namurc.* pag. 308.

(4) Titul. *De introductione mulieris in ecclesiam post partum.*

(5) Titul. III, Cap. 9.

»ecclesiæ, nec a Missæ sacrificio sint repellendæ, attamen »sicut infames, in pœnam peccati, ad servandam ecclesiæ »disciplinam, ritu hoc benedicere non convenit. Quamobrem »Pastores similes mulieres ad purificationem admittere non »debent, nisi facultate ab episcopo loci, aut ejusdem in spi»ritualibus vicario generali obtenta (1). »

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA
EPISCOPUS LEODIENSIS,
SS^mi D^ni N^tri PRÆLATUS DOMESTICUS, ET SOLIO PONTIFICIO ASSISTENS,

UNIVERSO CIVITATIS ET DIOECESIS LEODIENSIS CLERO SECULARI AC REGULARI,
SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN DOMINO.

Jam a suscepti a Nobis, meritis licet imparibus, abhinc annis duobus et viginti, Episcopatus primordiis, gregem curæ nostræ divina dispositione commissum, personaliter visitare et universam diœcesim perlus-

trare nequaquam, ut bene noscitis, Fratres in Christo dilectissimi, prætermisimus, et quidem omnium, per quæ illa diffunditur locorum conditionem, ecclesiasticam disciplinam, necnon populorum mores dignoscentes, ea quæ reparatione aut reformatione indigere videbantur, restaurare, quantum in nobis fuit, conati sumus.

Ne autem fructus quem ex variis diœcesis visitationibus percepimus, periret, licuit tandem ad Statuta diœcesana, olim multis rebus ad ordinem politicum pertinentibus mixta, et nunc spiritualibus subditorum necessitatibus pro temporum ratione magis accommodata, animum applicare.

Qua cura prius ea fuerint a Nobis in privatis congressibus, adjuvantibus viris ad hoc delectis doctrina, pietate et prudentia præstantibus, præparata; qua libertate non solum a venerabili Capitulo nostro Cathedrali, sed etiam a vobis omnibus per deputatos in decanalibus parochorum congregationibus semel et iterum examinata atque discussa, optime scitis, Fratres charissimi. Sed nunc insuper vobis significandum judicamus, ea fuisse etiam Apostolicæ Sedis examini per Nos, dum hoc anno sacra limina vice altera visitaremus, subjecta; atque a duobus viris spectatissimis, reverendissimis scilicet DD. Barnabo, a secretis S. C. de Prgda Fide, et Capalti, a secretis S. C. Studiorum, in hac re versatissimis, et ab ipso SSmo Dno Ntro Pio PP. IX feliciter regnante, quem Deus diutissime nobis servet incolumem! specialiter deputatis, accurate recognita.

Unde urget jam tempus et Diœcesis utilitas, ut præfata Statuta, juxta Indultum Apostolicum die 4 maii 1851 Nobis concessum, quam primum promulgemus in Synodo diœcesana, (cujus ob temporum adjuncta tam diu intermissa fuit celebratio), hoc ipso anno die vigesima tertia proximi mensis septembris in ædibus Seminarii nostri Leodii habenda.

Equidem rogaveramus, quum in tam vasta diœcesi plus quam sexcenti sacerdotes, qui parochialia munia obeunt, omnes simul suas parochias deserere nequeunt, ut saltem ex quoque districtu pauci suffragiorum pluralitate, quemadmodum pro Statutorum examine factum fuerat, ad Synodum delegarentur; ast, posito principio communi: *convocandos esse, quicumque ex jure vel ex consuetudine interesse tenentur*, prout

videre est apud Bened. XIV de Syn. diœc. L. 3 c. 1 et seq., placuit Sanctæ Sedi indulgere, « ut, ob expositas diœceseos circumstantias, ex sacerdotibus qui per illam (Diœcesim) curam animarum exercent, *Decani tantum advocentur*, quorum ad propria redeuntium erit, quæcumque in Synodo acta vel decreta fuerint, respectivis subditis nuntiare vel promulgare. »

Unde præter Ill^m^ ac R^m^ D^m^ Archiepiscopum Tyrensem, Decanam, et cæteros RR^os^ D^os^ de Capitulo Ecclesiæ nostræ Cathedralis, præterque RR. Regularium Superiores, ex officio ad Synodum omnes RR^os^ DD. Decanos convocamus; sponte invitantes parochos, qui in decanalibus congregationibus, pro Statutorum examine habitis, a secretis fuerunt.

Convocamus quoque RR^os^ DD. Canonicos *ad honores*, parochos civitatis Leodiensis, uti et nosocomiorum cæterarumque ejusmodi domuum rectores, quibus facilis est ad Synodum accessus.

Et quoniam de publicandis statutis quæ informando clero maxime destinata sunt, in proxima Synodo præcipue agitur, rogamus, ut et Seminarii nostri Leodiensis præses, professoresque, Trudonensis vero superior et aliqui professores personaliter a Nobis designandi eo accedant.

Pariter, quum in his statutis ad juventutem pie instituendam et scholarum regimen nonnulla sat magni momenti spectent, hortamur, ut etiam in Synodo adsint Inspectores diœcesani, scholarum normalium rectores, aliique sacerdotes collegiis præfecti.

Tandem quoscumque alios, si qui sint, qui ex jure, vel ex consuetudine interesse tenentur, ad Synodum per præsens Edictum convocatos volumus.

Nodum sic menti Sedis Apostolicæ rationem ineamus minus consentaneam, potius ei obsecundasse ipsiusque votis obviam prorsus ivisse autumamus et confidimus, siquidem omnibus quadammodo concurrentibus eo solemnior evasura sit Statutorum promulgatio.

Quo vero id melius ad Dei omnipotentis, D^i^. N. J. C. atque Beatæ Mariæ semper Virginis, necnon SS. Lamberti, Huberti aliorumque patronorum nostrorum laudem cedat ac perfici queat, omnes enixe in Domino

obsecramus, ut adjutorium a patre luminum nobis impetrent, et seipsos Deo acceptabiles hostias exhibeant, suisque piis precibus instent, ut tota diœcesis nostra salutaribus vitæ christianæ et clericalis institutis cum divini cultus incremento augeatur, et suffragantibus eorumdem Sanctorum meritis, ex iis uberrimos in dies fructus ferat in Domino.

Et quoniam hac ipsa die, qua Synodum convocamus præcipuum festum B^mæ Virginis in cœlum gloriose assumptæ celebratur, et profitemur nihil esse in nostra diœcesi feliciter inceptum, quod non fuerit prius ipsius patrocinio intente commendatum, rogamus enixe, ut in proxima solemnitate Nativitatis B. M. V. mense septembri celebranda ac per totam Octavam, in singulis ecclesiis et monasteriis hujus diœcesis orationes speciales, v. g. Litaniæ Lauretanæ cum Oratione *Concede*, in Laudibus Vespertinis, vel post Sacrum recitentur, et pii fideles saltem semel ad sacram Synaxim accedant ea intentione ut, per intercessionem B^mæ Virginis, totius Belgii Patronæ, pro fausta Statutorum in diœcesi nostra promulgatione obtineantur auxilia divina, et præsertim gratia, qua universus clerus secularis atque regularis *perfectus sit in eodem sensu et in eadem sententia* (1), *idem sapiens et in eadem permanens regula* (2).

Datum Leodii die decima quinta Augusti 1851.

† CORNELIUS Episc. Leodien.

De Mandato Ill^mi ac R^mi D^ni.

L. G. Vanderryst, Can. a secret.

PRÆMONITIONES AD CLERUM.

1° Accedant omnes cum vestibus talaribus, decenti tonsura, biretis et superpelliceis mundis; parochi insuper cum stola rubea, et dignitates ac canonici cum suis insignibus.

1° Qui ab extra adventuri sunt, in ædibus Seminarii eadem ratione qua exercitiis spiritualibus interesse consuetum habent, commorari poterunt. Nemini ad cauponas vel publica hospitia divertere liceat. Qui in Seminario hospitari cupiunt, debent Provisori tempestive, id est, ante 1am septembris, nomen suum dare, et ea secum adferre quæ ad exercitia requiruntur.

3° Omnes, etiam qui de civitate sunt, in Seminario simul prandium sument; unde necesse est, ut qui extra Seminarium degunt, etiam tempestive nomen suum indicent Provisori.

4° Observabuntur ritus in Pontificali descripti in *Ordine ad Synodum;* unde prima die, id est 25a septembris, *summo mane*, id est, hora sexta matutina celebrabit Illus ac Rms Episcopus Missam de *Spiritu Sancto*, sub quâ clero præbebit sacram Communionem.

5° A die octava Assumptionis B. M. V. usque ad 25am septembris inclusive, omnes hujus diœcesis sacerdotes singulis diebus, salvis rubricis, inter Sacrum collectam, etc. de *Spiritu Sancto* recitent.

(1) I Cor. 1. 10.
(2) Ad Philip. 3. 16.

MANDATUM

SUPER

OBSERVATIONE STATUTORUM

DIOECESIS LEODIENSIS,

QUOD DIE 23ª SEPTEMBRIS 1851,

IN PRIMA SYNODI SESSIONE, IPSE Rᵐˢ DOMINUS PRÆLEGIT.

CORNELIUS,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA, EPISCOPUS LEODIENSIS,
SSᵐⁱ Dⁿⁱ Nᵗʳⁱ PRÆLATUS DOMESTICUS, ET PONTIFICIO
SOLIO ASSISTENS,

UNIVERSO DIOECESIS NOSTRÆ CLERO, SECULARI ET REGULARI, IN DEO ET DOMINO NOSTRO J.-C. SALUTEM ET PACEM IN SECULA!

Venerabiles Consacerdotes et Fratres in Christo charissimi,

Quum a plus quam duobus seculis nullius synodi in hac diœcesi celebratæ vestigia superesse videantur, et exinde fieri possit, ut nonnulli minus recte de natura ejusmodi ecclesiasticæ institutionis edocti sint, juvat pauca in antecessum de ea delibare.

« Magno, inquiebat Ferdinandus, antecessor noster, in suo Mandato ultimæ synodi anni millesimi sexcentesimi decimi octavi appenso, magno Ecclesiæ proventu ac animarum bono synodales cœtus institui, tum Patres, tum concilia satis inculcant; utpote quibus compendiose rituum morumque abusus corriguntur, cujusque muneris ratio præscribitur, disciplina ecclesiastica aut collapsa restituitur aut inviolata custoditur, ut non immerito eorum opportuna frequentia commendetur. »

Mathias Hovius, tertius post cardinalem Gravellanum Mechliniensis Archiepiscopus, indicto ad annum 1607 Provinciali concilio, testabatur, « Consuetudinis semper fuisse jam inde ab Apostolorum temporibus in Ecclesia Dei, synodos et concilia cogere, ut ex omnium seculorum historicis et conciliorum decretis.... manifestissime constat. » Et re quidem vera, pristinis Ecclesiæ temporibus frequentissimi fuere Episcoporum cum suo clero quasi cum senatu, quem presbyterium vocare solebant, conventus; ast, labentibus seculis synodorum celebratio bis tantum in anno præscribi cœpit; et, iterum decrescente disciplinæ vigore, ad *annuam* tandem celebrationem legem coangustavit concilium Tridentinum, ex cujus decreto manifestum est, mentem Patrum Tridentinorum esse, « ut synodo diœcesanæ hi præ cæteris cum Episcopo interveniant, qui una cum ipso curam animarum et regimen spirituale Ecclesiæ sustinent (1). »

Quæ vero causæ fuerint, cur vel hoc moderatum concilii decretum, præsertim in partibus Europæ septentrionalibus adeo neglectum fuerit, ut fere, nullibi *annuam* synodorum celebrationem habitam, imo in multis diœcesibus, nec spatio unius vel plurium seculorum, ullam synodum celebratam fuisse videamus, ex variis auctoribus alibi (2) indicavimus, modo nimias de juribus controversias, modo nimiam diœcesium amplitudinem, hic parochorum paupertatem, itinerumve difficultatem, alibi bella vel alias ejusmodi publicas calamitates.

Verum, sedulo notat Benedictus XIV, Episcopis, qui ob aliquod impedimentum suas synodos, juxta Trid. decretum, congregare nequeunt, alias suppetere artes succurrendi suarum ovium indigentiis, earumque spirituali bono prospiciendi; docetque expressis verbis, etsi episcopales synodi maxime fructuosæ sint, illas *non tamen absolute necessarias dicendas esse*, pro recta diœcesium administratione, cum alii suppetant modi assequendi eumdem finem, ad quem synodi tendunt (3).

Et primo quidem nemini dubium est, quin vicem et effectum synodi diœcesanæ aliquatenus supplere possint cœtus vicariorum foraneorum

(1) Espenius 1, Part. tit. 18. cap. I.
(2) In Disquisitione animad. in statutorum specimen. p. 8.
(3) De Synodo L. I. c 2. n° 5.

seu Decanorum, et etiam parochorum, annuatim eo fine ab Episcopo coacti, ut, quæ ad curam animarum et totius diœcesis regimen spectant sedulo investiget, et quæ opportuna ex eorum relatione pro salute animarum et recto regimine deprehenderit, prudenter decernat.

Deinde quoniam, ut ex Guilberto Tornacensi habet Benedictus XIV, in eo etiam posita est synodorum utilitas, ut congregati sacerdotes *suum periculum agnoscant, vitam corrigant, et Episcopum docentem audiant* (1) unde in synodis olim multum temporis in indagandis cujuslibet sacerdotis moribus et vitæ ratione, ope *scrutinii*, insumebatur, imo ex detectis ibidem vitiis vel abusibus nonnumquam decreta provocata statim edebantur; nunc plerique Episcopi persuasum habent, hunc synodorum scopum melius et efficacius attingi, dum centeni e clero suo sacerdotes quotannis ad *Exercitia spiritualia* vocantur, ut ibi, non per unum vel alterum diem multis aliis in rebus occupati, ut in synodis mos erat, sed per plures integros dies, in silentio, in solitudine, unice negotio suæ salutis intenti, Dominum ad cor suum loquentem audiant, et conscientiæ suæ rimas libere scrutati, suam ut aquilæ juventutem renovare studeant.

Quidquid vero sit de ista disciplinæ diversitate, dilectissimi in Christo Fratres, Nobis non defuere rationum momenta, ineunte hoc ipso anno, consulendi Sanctam Sedem, non solum de opportunitate, sed etiam de modo cogendi synodum; eaque momenta jam breviter sunt exponenda.

Enim vero, ab octodecim annis movebantur in nostra diœcesi querelæ, quod collecta olim a Manigartio Statuta nostræ ætati minus congruerent, utpote ab Episcopis edita, qui simul erant Domini temporales; cætera vero post Concordatum anni 1801 a prædecessore nostro Joanne-Evangelista, vel etiam a Nobis decreta, passim sparsa essent, multis ignota et cum antiquioribus minus bene cohærerent.

Rem igitur magnam adorti sumus, dum universa decreta revisere, temperare et præsenti tempori accommodare, novamque Statutorum collectionem elaborare statuimus, ea mente, ut, annuente S. Sede, nostræ diœcesis universa Statuta hoc anno revisa, moderata et in unum compacta in Synodo promulgarentur, sicque plenius vim legum obtinerent.

(1) De Synodo, lib. 1. c. 2. n° 3.

Merito dicimus *plenius;* nam Episcopo, etiam dum extra synodum decreta fert, obediendum esse, nemo, nisi schismaticus sit, inficias ibit; apud omnes quippe in confesso est, uni Episcopo pro sua diœcesi ferendarum legum potestatem competere. Unde *longe diversa est*, scribebat Benedictus XIV, concilii Provincialis in quo plures sedent Episcopi, et synodi diœcesanæ *ratio;* etenim in synodo diœcesana solus Episcopus est judex et legislator; ipse suo nomine decreta facit et promulgat; et quamvis adstantium consilium exposcat, non tamen cogitur illud sequi (1).

Neque existimetis, Fratres charissimi, illud *adstantium consilium exposcere*, sic esse intelligendum, quasi in ipsa synodo, audita prius cujusque sententia et collatis deinde omnium sensis, decreta condenda sint; pervolvite enim quarumdam synodorum acta, et videbitis, ejusmodi rem tribus, quibus synodi, ut ex Pontificali liquet, vulgo absolvuntur sessionibus, prorsus esse impossibilem; multo minus, quasi ex suffragiorum pluralitate, ut in hodiernis comitiis legiferis obtinet, statuta nascerentur; hoc enim totius juris ecclesiastici et ipsiusmet Ecclesiæ regiminis esset eversio, siquidem Episcopus, ut modo dicebatur, unus est in sua diœcesi legislator; sed, præeunte s. Carolo Borromæo, qui decreti Tridentini de synodo observantissimus, egregia posteris in ea re exempla reliquit, ante synodum in ipsa urbe episcopali, convocari solent ab Episcopo congregationes Canonicorum, Decanorum, aliorumve theologorum et juris canonici peritorum, in quibus ea quæ ab Episcopo decernenda videntur, maturo examine expenduntur et in decreta rediguntur, ut postea in Synodo expedite prælegantur et publicentur.

Porro huic agendi rationi, Nos, dilectissimi in Christo Fratres, non tantum gessimus morem; verum, quod vos probe quidem nostis, sed ad perpetuam rei memoriam etiam et posteris, ad quos statuta spectabunt, hic notificatum volumus, examina voluimus præmitti majora.

Primo enim universa statuta novæ collectioni inserenda, in congregatione sex virorum theologiæ aut juris canonici peritorum, summis curis examinare, ponderare et in aliquem ordinem redigere cœpimus.

(1) De Synodo lib. III. c. 12. n. 7.

Tum istud testamentum seu specimen typis mandatum ad singulos ecclesiæ cathedralis Canonicos misimus, una cum epistola (1) ad Ill^m^ Capituli Decanum, qua rogabamus istam elucubrationem a Capitulo serio examinari, et in eam fieri animadversiones, si quas Capitulum proponendas haberet, Nobis post aliquot menses in scriptis communicandas.

Insimul per totam diœcesim triginta sex in congregationibus a clero parochiali deputatorum, præsidibus Decanis, simile examen provocavimus, ut de istius universalis consultationis summa, ex scriptis deliberationibus certo nobis constaret.

Undequaque allatæ sunt animadversiones copiosæ variæque, quas sollicite collectas una cum consilio nostro attente expendimus; et deinde, concedendo vel temperando quæ concedi vel temperari posse videbantur, in opusculo cui titulus : *Animadversionum in statutorum specimen disquisitio*, sub oculis Capituli ac parochorum congregationum fidenter collocavimus, eorum omnium, qui consulti fuerant, opinionem et sententiam denuo exquisituri.

Non omnino defuere observationes novæ, illæque fuerunt cum multis gratiarum actionibus pro concessis temperamentis comiter conjunctæ. His iterum, quantum fieri potuit, utilitati ductis, tandem confectum fuit speciminis exemplar, quod summa fiducia Romam detulimus, obsecundantes Pontifici immortali Pio IX, Episcopos omnes, in sua Epistola Encyclica 9 novembris 1846, qua, post assumptum summum Pontificatum, prima vice orbem catholicum allocutus est, sic paterne invitanti : « Venite, Fratres, obtestamur et obsecramus, venite magno animo magnaque fiducia ad hanc Beatissimi Apostolorum Principis sedem, catholicæ unitatis centrum atque Episcopatus apicem, unde ipse Episcopatus ac tota ejusdem nominis auctoritas emersit; venite ad Nos, quotiescumque Nostræ et ejusdem Sedis auctoritatis ope, auxilio, præsidio vos indigere noveritis. » Itaque benevolentissime excepti ab optimo Patre, quem diutissime et felicissime nobis Deus misericors et omnipotens servet incolumem! volumen examini subjecimus duorum præstantissimorum juris ecclesiastici peritorum, R^mi^ D. Barnabo, a secretis S. Congregationis de Prop. Fide, et R^mi^ D. Capalti, a secretis S. Congr.

(1) 23 junii 1849.

Studiorum, quos ipse SS^mus^ D^us^ eligere et deputare ad hoc opus dignatus est.

Quid tum in alma Urbe factum sit, pro vestro nostroque solatio, ingenue pandemus. Statuta fuere diligenter recognita; paucissima vero, aliqua correctione digna, ab istis viris in scientia et praxis juris canonici versatissimis adnotata; quin etiam opus, cui vos, Cooperatores nostri vigilantissimi, tanto studio allaborastis, quodque ea saltem ratione vestrum non secus ac nostrum est, sine fuco laudare non dedignati sunt, contestati Statuta, prout nunc emendata existunt, posse sine ullis aliis disceptationibus prævis, prælegi, publicarique in Synodo.

Et nihilominus, — tantum est nostrum vobiscum unanimiter omnia disponendi votum et desiderium! — si forte contingeret, charissimi Fratres, ut dum præleguntur Statuta, aliquis vestrum notabili scrupulo agitatus, existimaret, sibi ejus rationes esse patefaciendum, poterit eas eadem die Secretario synodi in scriptis tradere, quas statim cum his, qui nobis a consilio sunt, examinabimus, et de iis, quod utile videbitur, statuemus, antequam synodi fiat conclusio.

Ast, priusquam ad lectionem Statutorum procedatur, quædam magni momenti in antecessum declaranda et notificanda judicamus.

Universo igitur clero seculari et regulari hujus nostræ diœcesis Leodiensis significandum volumus, et per præsens Mandatum significamus :

1° Omnes suspensiones, quæ in nova Statutorum collectione non renovantur, esse et manere sublatas, deletas, suppressas ;

2° Quæcumque ex antiquis statutis, in collectione Manigartii vel alibi contentis, non transierunt in novam, esse et manere antiquata, abolita et abrogata ;

3° Statuta in præsenti Synodo, juxta Indultum Apl^cum^ Nobis, die 4 Maii hoc anno 1851, benigne concessum, publicata et promulgata, a prima die Januarii 1852 vim obtinere legum diœcesanarum, quas adimplere omnes propter conscientiam tenentur. Unde pro charitate paterna in Domino hortamur, et per auctoritatem Nobis a Deo atque a Sede Apl^ca^ traditam, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut præsentia hæc decreta, ex ecclesiasticis fontibus hausta, ab omnibus ad quos, et quatenus ad eos spectant, inviolabiliter futuris deinceps tem-

poribus, a prædicta die prima Januarii 1852, tam in civitate quam in diœcesi observentur; omnibus et singulis districte inhibentes, ne quovis colore aut prætextu, vel interpretatione distorta, iis contraire præsumant, ne, si, quod absit, his nostris synodalibus decretis ultro obedientiam præstare renuerent, ad eam severioribus pœnis inviti extorquendam provocaremur. Quid enim proderit, præclaras constitutiones edidisse, nisi unusquisque nostrum omni mente in eam curam incumbat, ut earum firma constansque sit auctoritas, eisque mos ab omnibus geratur? Neglectæ heu! ad nihil aliud conferrent, nisi ad Dei vindictam in nos magis magisque concitandam.

Atque ideo totis viribus enitendum erit, ut Statuta, statim atque typis impressa fuerint, ab universis diœcesis clericis, studio quam maximo, ediscantur et observentur; eo, nempe ut observentur, tendere debebunt nostri, omniumque christianitatis Decanorum conatus, quoties, juxta patrium morem, eos in unum convocaverimus.

Pergemus, quantum per temporum circumstantias licebit, annue eorum cogere cœtus; imo, non sine intimo lætitiæ sensu, notum vobis facimus, vi prælaudati Indulti 4 Maii hujus anni 1851, quo Nobis tributa est speciali modo convocandi præsentem Synodum auctoritas, etiam a SS^mo D^no N^tro benignissime concessum esse, ut deinceps Decanorum congregatio locum annuæ synodi ad mentem concilii Tridentini obtineat; modo illi Decani prius satagant presbyteros propriæ jurisdictioni subjectos convocare, eorumque de rebus ecclesiasticis, vel ad fidelium utilitatem conducentibus, sententiam exposcere synodo denuntiandam; et deinde redeuntes iterum eos conveniant, de actis et sancitis per synodum delaturi. Non nova sane erunt primis post præsentem synodum annis decernenda, sed de Statutis fideliter et ubique observandis, cura summa habenda, neque ulla eorum interpretatio censebitur authentica, quæ non fuerit a Nobis in synodo, vel per publicum Mandatum data et edita.

Ut plenius firmiusque servandis hisce Statutis opera detur, aliud Nobis eodem documento indulsit SS^mus D^nus; videlicet, ut quoties id utile atque opportunum judicaverimus, exercitia spiritualia, quæ quotannis tradi solent, forma induantur synodali. Hanc formam ad calcem statutorum delineatam invenietis.

Accipite igitur, Consacerdotes et quotquot estis Fratres charissimi Ecclesiæ ministerio mancipati, accipite codicem, qui factus est quasi unicus diœcesanus fons, ex quo haurire oportebit, unde efficiamini digni mysteriorum Dei dispensatores, operarii inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis. De vobis enim agitur in isto codice; vobis conscriptus est; tractat de vestra dignitate, de vestris officiis et muneribus, de vestra institutione et disciplina, a qua pendere, et vestram, et nostram, et millenarum animarum salutem, nemo est qui ignoret. — Statutis igitur studete; Statuta diurna nocturnaque manu volvite; sinite, Charissimi, ut vobis et Nobis non laudabile tantum suggeramus propositum, sed illud quodammodo legis adinstar præscribamus, videlicet *semel in anno* Statuta perlegendi. Quot inde fructus colligetis? Quot pericula mendaque vitabitis? Hæc enim ex eo plerumque ortum ducunt, quod neglecto legis studio, scientia in ore sacerdotis, non ut par est, custodiatur. Vobis igitur, majori ratione quam Paulus dilecto filio suo Timotheo, iterum atque iterum dicamus : *Attendite lectioni*, Statutorum lectioni, ut gratiam Dei, quæ in vobis est, continuo resuscitetis, ne aliquando primam charitatem relinquentes, etiam immemores efficiamini unde excideritis, et candelabrum vestrum de loco suo movere incipiat Dominus.

Quo vero animo Statutorum lectioni et meditationi tantopere vacandum sit, superest, ut paucis indicemus.

Ea potissimum mente, dilectissimi Fratres, Statutis velitis operam navare, ut magis magisque ad perfectam animorum consensionem in tota vestra sentiendi agendique ratione, perveniatis.

Rem penitus introspicite.

Recordamini, cum Evangelium in Nativitate Domini primum annuntiatum fuit, hanc cœlestis præconis editam esse dulcissimam vocem : *Pax hominibus bonæ voluntatis;* Christum Dominum a Joanne ideo in terras venisse dictum, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum;* hunc fuisse principalem mortis ejus effectum, pacificare omnia *sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt :* ac proinde mirum non esse, quod, cum Ecclesiæ suæ *quosdam* quidem Apostolos, quosdam *autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores* præficere constituisset, his omnibus tanquam palmare præceptum injunxerit,

habere inter se pacem; diligere se invicem, sicut ipse dilexit eos in finem ; hæc ultima fuerit valedicentis vox : *Pacem relinquo vobis;* hæc ultima pro eis oratio: *Ut sint unum, sicut tu Pater in me et ego in te.*

Sed, quemadmodum Christus Dominus, qui ut Verbum Dei, Patri consubstantiale, cum ipso et Spiritu Sancto essentialiter unus est, ut Mediator noster, ut Pontifex noster et Princeps Pastorum, suæ cum Patre unionis principium posuit illam perfectissimam obedientiam, qua protestatus est, se præter voluntatem Patris nihil velle, nihil quærere, et propriam etiam animam posuit pro ovibus suis, factus obediens usque ad mortem; sic Ecclesiæ ministrorum unionem et concordiam maxime repetendam voluit ex omnium a capite salutari dependentia, ex quo fit, ut nec consensio in fide, nec ipsa charitas, qua solliciti esse debemus servare unitatem in vinculo pacis, diu in societate a se constituta subsistere potuissent, nisi externo et communi vinculo, id est, creato regimine ex divina institutione uno et hierarchico, firma stabilisque ubique terrarum reddita fuisset. Hinc exulare ex ea debent schismata, dissensiones, offendicula. Hæc *non sint in vobis* (1), aiebat Apostolus, et : *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei* (2).

Porro, quæ de universali Ecclesia jam ab exordio fuere et semper sunt verissima, hæc pari ratione unicuique ejusdem parti, seu diœcesi, congruere debere evidentissimum est. Eo majori fructu in quaque diœcesi regnum Dei firmabitur et florebit, quo magis fuerint istius regni ministri inter se concordes, et horum rursus eo perfectior erit conjunctio et unanimitas, quo majore sui abnegatione tum ei paruerint, qui positus est a Spiritu Sancto rector et caput istius ecclesiæ, tum legibus obtemperaverint, quas rector ille pro meliore suæ ecclesiæ regimine scripsit.

Quum igitur Statuta eo potissimum fine confecta sint et publicentur, ut in totius nostræ diœcesis regimine, magis magisque stabiliatur optanda illa in omnibus, sed præsertim in praxi unitas, qua nihil, ad animarum salutem efficaciter procurandam, potest excogitari excellentius : roga-

(1) 1. Cor. 1. 10.
(2) Ibid. 11. 16.

mus vos, Dilectissimi, et obsecramus in Christo Jesu, ut quisque vestrum, missis, et pro amore Dei, pro tuenda pace, posthabitis singularibus quibuslibet opinionibus, Statuta ambabus manibus reverenter accipiat, toto corde custodiat, et fidelissime exequatur. A nostra diœcesi procul absit ille spiritus superbiæ, contentionis et audacioris crisis, qui alibi cœpit cum magno cleri detrimento grassari ; procul etiam ille prudentium et sapientium hujus seculi zelus, quem Apostolus Jacobus vocat *amarum*, gignentem *contentiones in cordibus;* non enim est, ut ipse ait, *ista sapientia desursum descendens*, sed eam vocat *terrenam*, *animalem*, etiam *diabolicam;* eos contra vere sapere affirmat, quorum sapientia *primum pudica est*, quæ suam sententiam non nisi verecunde profert; *deinde pacifica*, quæ abhorret a controversiis acrimonia et simultate infectis; etiam *modesta*, quæ de suo judicio humiliter sentit ; et tandem *suadibilis* et *bonis consentiens* (1), quæ virorum bonorum et piorum suasionibus libenter acquiescit.

Sic sapite, Charissimi, et brevi eo pervenietis, ut *omnes idem sapiatis et in eadem permaneatis regula* (2).

Nihil prorsus erit, quod magis conferat ad universæ diœcesis bonum et prosperitatem, nostramque lætitiam. Utique, Fratres in Christo dilectissimi, et vobis qui seniores aut coætanei nostri estis, et vobis præsertim, quos a viginti duobus annis, magnis curis et paterna sollicitudine, in sanctuarium introduximus; omnibus uno verbo, cum Apostolo dicemus: *Si qua consolatio* ex vobis Nobis expectanda est in Christo ; *si quod solatium* ex vestra in Nos charitate gustandum ; *si qua societas*, afflante Spiritu sancto, inter Nos et vos perficienda ; *si qua viscera* miserationis erga Nos in cordibus vestris dilatanda , *implete gaudium* nostrum , *ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes* (3) ; quatenus, ut in Pontificali habetur, « totum quod synodali conventione nostra statutum fuerit vel renovatum, absque omni contrarietate, concordia sanctæ pacis ab omnibus æque custodiatur ac teneatur ad augmentum æternæ beatitudinis omnium nostrum (4). »

Ut hanc insignem gratiam a Patre misericordiarum et Deo totius con-

(1) Jac. 3. 14.
(2) Philip. 3. 16.
(3) Philip. 2. 1.
(4) Ordo. ad synod.

solationis efficacius imploremus, mandamus a promulgatione Statutorum usque ad ultimum diem præsentis anni inclusive, in qualibet Missa ab omnibus sacerdotibus in hac diœcesi recitari, salvis rubricis, collectam, *Deus refugium nostrum*, etc.

Datum Leodii die 23 septembris 1851.

† CORNELIUS Episc. Leodien.

De Mandato IIII^mi ac R^mi DD.

L. G. Vanderryst, Can. a secret.

MONITIONES

A REVERENDISSIMO EPISCOPO

IN ULTIMA SESSIONE

PRÆLECTÆ.

Fratres dilectissimi et Sacerdotes Domini, Cooperatores nostri, antequam aggregato cœtui nostro finem faciamus, liceat in memoriam vestram reducere prima monita, quibus ipsa Ecclesiæ liturgia Pontificem vult Synodum concludere :

« Nos de vobis rationem reddituri sumus summo Pastori Nostro D^no Jesu Christo, vos de plebibus vobis commendatis ; et ideo, Fratres dilectissimi, videte periculum vestrum. Admonemus itaque, et obsecramus fraternitatem vestram, ut quæ vobis suggerimus, memoriæ commendetis, et opere exercere studeatis ; — In primis admonemus, ut vita et conversatio vestra sit irreprehensibilis. »

Attendite, Charissimi, istud omnium monitionum, omnium legum et decretorum quæ ad sacerdotes spectant, breve compendium : careat vita vestra omni reprehensione ; et quare ? Quia vos estis sal terræ ; et si vitiosa vestra conversatione legi non consentanea, sal illud insulsum

fuerit, quomodo condientur et a corruptione præservabuntur cæteri homines? Vos estis lux mundi, quod si ignorantia vel cupiditatibus infectæ mentis vestræ caligine illa lux obscuretur, quomodo in admirabile Christi lumen transferentur qui in tenebris et umbra mortis sedent? Uno verbo, Dilectissimi, vos, qua Sacerdotes, benignissima divinæ Providentiæ dispositione, vocati estis a Domino, non tantum, ut cum metu et tremore vestram salutem operemini, sed etiam, ut mysteriorum Dei ministri et dispensatores effecti, alios in æternam beatitudinem introducere conemini. O mira circa vos divinæ bonitatis dignatio! O sancta sublimisque vocatio, qua cum ipso Salvatore mundi in unum coalescitis!

Dum hanc secum meditabantur Doctores Ecclesiæ præclarissimi, Præsulesque piissimi, clare perspectum habuerunt, et alta voce docuerunt, sanctimoniam, quæ in cæteris vitæ christianæ institutis oportet esse magna, in sacerdotio elucere debere multo majorem.

Et re quidem vera, si universi christiani templum facti sunt Spiritus Sancti, membra Christi, uncti unctione sancta, pasti Corpore et Sanguine Christi, genus vere electum, sacerdotium regale, gens sancta, populus acquisitionis, ut merito exclamaverit s. Leo: O christiane, agnosce dignitatem tuam!.... quid erit de Ministris Christi, et quibus verbis illi erunt alloquendi, qui in paradiso, seu Ecclesia Dei, totidem rivuli sunt, per quos divinæ gratiæ ad cæteros omnes diffundi debent; qui vere pro Christo legatione funguntur, tanquam Deo exhortante per eos; qui ipsiusmet Christi personam gerunt, sive cum verbi divini efficacia Deum ipsum in tremendis altaris mysteriis producunt; sive dum clavium potestatis potiti, cœlum claudunt vel aperiunt, aut divina mandata hominibus prædicatione promulgant; quorum quisque, uno verbo, alter esse debet Christus, seu, ut S. Cyrillus Alexandrinus ait, *expressa Christi forma.*

Videte igitur vocationem vestram, charissimi in Christo Fratres! Sed videte simul *et periculum vestrum!* Si enim tam excelsa est sacerdotalis dignitas, *grave* etiam constituit *pondus*, inquit s. Bernardus; et nisi *dignitas* illa *meritis illustretur*, *nobilitate morum*, *exercitatione virtutum et instantia bonorum operum*, quasi gradus fit ad judicium durissimum, quod eos manet, qui, cum cæteris præessent, cæteris bono exemplo præire neglexerunt.

Iis igitur, quibus Dominus pars hæreditatis est, si sibi serio velint consulere, firmiter præstitutum sit, cæteros omnes, quantum in ipsis erit, sanctimonia præstare. *Tantum*, volebat s. Isidorus, *sacerdotem inter et quemlibet virum probum interesse, quantum inter cœlum et terram.* — « Cœlestem in terris vitam, dicebat suis sacerdotibus s. Carolus, tanquam angeli Dei, moribus vestris exprimere usque adeo studete, ut a vobis divinarum virtutum exempla ad cœteros emanent. » Hinc gravissima verba, quibus SS^mis^ D^us^ N^ter^, feliciter regnans, dum prima vice totius orbis Episcopos alloqueretur, Nos urgebat : « Cum nihil sit, »inquiebat, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, »quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt; »et cujusmodi sunt sacerdotes, ejusmodi plerumque esse soleat et populus : »pro vestra singulari sapientia perspicitis, venerabiles Fratres, summa »cura et studio Vobis esse elaborandum, ut in clero morum gravitas, »vitæ integritas, sanctitas atque doctrina eluceat, et ecclesiastica disci»plina ex sacrorum canonum præscripto diligentissime servetur, et ubi »collapsa fuerit, in pristinum splendorem restituatur. Quapropter..... »Vobis summopere cavendum, ne cuiquam, juxta Apostoli præceptum, »cito manus imponatis, sed eos tantum sacris initietis ordinibus, ac »sanctis tractandis admoveatis mysteriis, qui accurate exquisiteque »explorati, ac virtutum omnium ornatu et sapientiæ laude spectati, »vestris diœcesibus usui et ornamento esse possint, *qui exemplum sint* »*fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate*, cunc»tisque afferant venerationem et populum ad christianæ religionis insti»tutionem fingant, excitent atque inflamment. » (1).

Ast, tales vos esse, dilectissimi in Christo Consacerdotes, et talem generatim esse universum clerum Leodiensem, ausi sumus, dum nuper cum immortali Pontifice ore ad os loquebamur, non sine intimo consolationis sensu testari. Sed ne id quidem erat necesse. Jam pridem enim de vobis testabantur, non tam sponsiones illæ sincerissimæ, quas ex ore vestro, dum vos partem gregis Nobis commissi mittebamus curaturos, excepimus : quam ipsi labores vestri, et multi, et solito majores, missiones, cæteraque ejusmodi pia exercitia, quibus parochias vestras emen-

(1) Epist. Encyc. 9 novembris 1847.

dare vel reddere perfectiores studuistis. Testantur innumera studii vestri monumenta, ecclesiæ novæ passim in diœcesi ædificatæ, et decenter ornatæ; scholæ christianæ, piæ sodalitates, aliaque id genus instituta, pro animarum vobis concreditarum salute erecta; testantur et dona, cæterorum donis etiam respective majora, abundantioraque, quæ vestra charitas pro publicis bonis operibus continuo obtulit, Deoque lætissime sacravit.

Quo igitur cœpistis passu, pergite in via Domini recte ambulare, euntes de virtute in virtutem, et fructuum manipulos Christo, supremo animarum Pastori, afferentes.

Tria sunt, quibus vos, etiam aliquo modo præ cæteris nitere et splendescere toto animo optamus.

Fulgete omnes, charissimi in Christo Fratres, amore ardentissimo erga D. N. J. C. in Eucharistia vere et realiter præsentem; mementote in eo patrum nostrorum positam fuisse inclytam gloriam, quod ipsi, in Ecclesia Catholica, præ insigni qua erant animati devotione, primi Christum Dominum in sacratissimo Altaris Sacramento peculiari festo colere meruerint; ipsi primi Christum Dominum in admirabili Passionis suæ Memoriali triumphantem, maxima cum pompa, publice deduxerint; ipsi se in terris, adinstar Angelorum in cœlis, Christi Domini in Eucharistia præsentis perpetuos constituerint adoratores.

Fulgete etiam tenerrima devotione erga Beatissimam Virginem Mariam; iterum patrum nostrorum memores, qui a primis inde Ecclesiæ seculis tot splendida Deiparæ Virgini consecrata habuere templa, suæ filialis in divam Matrem pietatis usque in hunc diem præclara monumenta. Animos vestros excitate, vos, tantorum parentum filii, ostenditeque orbi, non degenerasse, sed vigere eorum in hac diœcesi superstitem posteritatem.

Tandem fulgete insigni vestra erga supremam auctoritatem a Christo in terris constitutam, veneratione, obedientia, devotione; iterum atque iterum memores, Ecclesiam Leodiensem, a primis exordiis, et deinceps decursu seculorum, semper gloriatam esse titulo, a divo Huberto fundatore accepto : Sancta Legia Romanæ Ecclesiæ filia. Et nunc, Filii in Christo dilectissimi, occasionem, hoc vestrum erga summum Pontificem obsequium præstandi, cupide nanciscamini, ei auscultando qui

Dei providentia et Sanctæ Sedis gratia positus ecclesiæ Leodiensis rector, vobis hodie præbet universarum hujus diœcesis legum et constitutionum codicem. Hunc itaque, ut filii obedientiæ, accipite, hunc amplectimini, et ut verbis, multo nostris dignioribus, videlicet sancti Antistitis Mediolanensis finem huic sermoni faciamus, « Omnia et singula »diœcesanis Statutis et monitionibus nominatim sigillatimque ex»pressa,..... vos omnes ac singuli quorum interest, quanto potestis »amore et pietate, non amplectimini solum et legite, sed mente ani»moque comprehendite, servate, omnique sollicita executione præstate, »totosque vos ad cohortationum, admonitionum, decretorum et consti»tutionum rationem accommodate. Quod omnes ut faciatis.... Vos pro »episcopalis nostri officii munere..... unumquemque vestrum per »unigeniti Filii Dei adventum, per ejus crucem, perque animarum »vestrarum salutem, obsecramus, obtestamur, divinaque constitutione »monemus.... Et ipse Deus et Pater noster, et Dominus Jesus Christus »dirigat vias vestras in omni sancta obedientia ; exhortetur corda vestra »et confirmet in omni opere et sermone bono, ita ut digni ambuletis, »vocatione qua vocati estis, per omnia ei placentes, sicque sanctis ves»trarum virtutum progressionibus probati, appareatis ante Deum et »Patrem nostrum in adventu Domini Nostri Jesu Christi cum omnibus »sanctis ejus — Amen. »

ACTA
SYNODI DIOECESANÆ LEODIENSIS
ANNI 1851.

Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat et sit notum, quod, per litteras patentes de die 15ª augusti 1851 huic annexas, Illustrissimus ac Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Cornelius-Richardus-Antonius VAN BOMMEL, miseratione divina et Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus LEODIENSIS, Sᵉᵐⁱ Dⁿⁱ Prælatus domesticus et solio pontificio Assistens, indixerit Synodum diœcesanam, præsertim pro publicatione novorum diœcesis Statutorum, inchoandam

esse in ædibus seminarii Leodiensis die 23a septembris ejusdem anni; quodque ea de causa publicas preces præscripserit ad impetrandum adjutorium a Patre luminum, necnon illos omnes convocaverit qui de jure vel consuetudine, habita ratione specialis indulti apostolici de die 4a maii hujus anni, convocandi erant, et etiam quos sponte invitandos esse censuit.

Jam vero die 23a septembris 1851, hora sexta matutina, post majoris campanæ pulsum, in choro ecclesiæ seminarii Leodiensis, in nostra et testium infrascriptorum præsentia atque conspectu, personaliter præsidente cum cappa majore Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Cornelio-Richardo-Antonio VAN BOMMEL Episcopo LEODIENSI, comparuerunt Perillustris ac Reverendissimus Dnus Carolus-Josephus-Benedictus e comitibus Mercy ab Argenteau, Archiepiscopus Tyrensis, capituli cathedralis ecclesiæ Decanus; RR. DD. Canonici ejusdem ecclesiæ cathedralis, in habitu chori, necnon RR. DD. Professores seminarii; Reverendus admodum Prior monasterii B. M. V. de Trappa de s. Benedicto, ordinis cisterciensis in *Achel*, in habitu sui ordinis; Venerabiles presbyteri christianitatis Decani et Parochi cum superpelliceis et stola rubra, aliique sacerdotes cum superpelliceis tantum.

Quibus ordine positis et considentibus, primum omnium decantata fuit ab Illmo ac Rmo Dno Cornelio Episcopo Leodiensi missa solemnis *de Spiritu Sancto,* pro obtinenda gratia ipsam synodum salubriter inchoandi ac feliciter absolvendi; eaque finita facta fuit processio, cui omnes, ordine incedentes, devote interfuerunt. Illa quoque absoluta, preces, antiphonæ et litaniæ juxta Pontificalis præscriptum decantatæ fuerunt.

His peractis, demisso populo et foribus ecclesiæ clausis, post decantatum hymnum *Veni Creator*, Pontifex, accepta mitra, clerum gravi ac seria oratione allocutus est, eique narravit, quomodo cum sex viris ecclesiasticis a se inter theologos et juris canonici peritos selectis, specimen omnium Statutorum diœcesanorum paraverit, illudque tum capitulo ecclesiæ cathedralis tum delectis congregationibus parochorum totius diœcesis, anno 1849, examinandum demandaverit, eorum desuper animadversiones expressis verbis exquirendo. Exposuit quoque

Ill^mus D^nus illas animadversiones cum consiliariis suis serio examinatas, inter se collatas, multaque disceptatione agitatas, anno sequenti, in opusculo cui titulis : Disquisitio, capituli cathedralis et omnium congregationum parochorum examini se denuo subjecisse, et singulorum sententiam iterum sciscitatum fuisse; atque præterea totum opus sic elaboratum et emendatum, quum mense martio præsentis anni sacra apostolorum limina secunda vice visitaret, se judicio submisisse duorum præstantissimorum juris canonici peritorum, ab ipso S^smo D^no. designatorum. Memoravit insuper se, die 19^a septembris ejusdem anni, capituli cathedralis ecclesiæ capitulariter congregati consilium, de universis Statutis proxime in synodo promulgandis personaliter expetiisse, requisito jam antea, die scilicet 6^a septembris, ejusdem capituli speciali consilio super novo decreto de titulo clericali ad normam alius Indulti Apostolici de 4^a maii. Nuntiavit denique R^mus in Christo Pater et Dominus, in congregatione consultorum habita 30^a augusti, designatos fuisse officiales synodi una cum proponendis synodo examinatoribus et judicibus synodalibus.

Absoluta Pontificis oratione, Promotor instantiam fecit, ut secretarius Pontificem adiret accepturus mandatum legendi decreta 1° *de synodo incepta*, et statim a secretario lectum fuit; 2° de *clero vocando*, et facta ab eodem totius cleri vocatione, adesse constitit, præter R^mum capituli Decanum, canonicos capitulares decem, canonicos ad honores undecim; cæteros vero, professores, regularium superiorem, decanos, parochos, scholarum inspectores et gymnasiorum rectores, numero fere nonaginta, quorum nomina et qualitates recensentur in catalogo his actis annexo; abesse autem cum venia decem; 3° *de præjudicio non afferendo;* 4° *de modo vivendi tempore synodi;* 5° *de non discedendo;* 6° *de ministris synodalibus*, quorum nomina promulgata fuere ordine sequenti :

Reverendi admodum Domini :

Hubertus-Josephus Jacquemotte, S^smi D^ni N^tri cubicularius honorarius, ecclesiæ cathedralis canonicus, ac Vicarius Generalis, Synodi Promotor; Joannes-Philippus-Albertus-Josephus Beckers, cancellariæ episcopalis secretarius, ecclesiæ cathedralis canonicus, Synodi Notarius; Lambertus-Gulielmus Vanderryst, juris canonici Baccalaureus, a

secretis D. Episcopo, cathedralis ecclesiæ canonicus ad honores, Synodi Secretarius;

Matthæus-Josephus Groteclaes, Decanus christianitatis, parochus ad s. Nicolaum in civitate; Nicolaus-Josephus Henrotte, canonicus ad honores; Georgius-Eustachius Jacquemin, Decanus christianitatis, parochus Stabuletensis; Adolphus Cavelier, canonicus ad honores; Joannes-Franciscus-Henricus-Antonius Lepourceaux, canonicus ad honores; et Petrus Mommen, professor in seminario Leodiensi, Lectores, qui in legendis e suggestu Statutis Secretario Synodi opem tulerunt;

Nicolaus-Josephus Henrotte, canonicus ad honores, Magister cæremoniarum; Nicolaus Gotale, canonicus ad honores, seminarii Leodiensis præses, Præfectus disciplinæ synodalis, cui auxilium præstitit, præsertim quod attinet officium ostiariorum, Joannes-Henricus Hazé, sacrorum rituum professor ac seminarii œconomus.

Deinde, ad novam Promotoris instantiam, lecto decreto *de professione fidei facienda*, Secretarius alta voce Pianam fidei professionem prælegit, quam omnes simul cum eo pronuntiarunt, eaque terminata et præstito imprimis ab Ill^mo D^uo Synodi præside, necnon a R^mo Decano capituli cathedralis jurejurando super ss. Evangelia, cæteri ad D. Episcopum quaterni accesserunt, et coram eo genuflexi super eadem ss. Evangelia jusjurandum singulatim protulerunt.

Facta etiam Promotoris instantia pro electione Examinatorum, Secretarius legit decretum concilii Tridentini ex sess. 24^a cap. 18. de Refor., proposuitque nominatim viros ad id muneris designatos, nempe :

1. Hubertum Neven, S^mi D^ni Cubicularium honorarium, cathedralis ecclesiæ canonicum, et Vicarium generalem; 2. Hubertum-Josephum Jacquemotte, iisdem titulis insignitum; 3. Theodorum-Josephum Devroye, cathedralis ecclesiæ canonicum præcentorem; 4. Henricum Lenders, cathedralis ecclesiæ canonicum theologum; 5. Nicolaum Gotale, cathedralis ecclesiæ canonicum ad honores, seminarii Leodiensis præsidem, et sacræ theologiæ professorem; 6. Augustum Kempeneers, juris canonici Doctorem, ss. canonum, et historiæ ecclesiasticæ in seminario Leodiensi professorem; 7. Constantinum-Josephum Bogaerts, juris canonici Licentiatum, ecclesiæ cathedralis canonicum

ad honores, et theologiæ dogmaticæ in seminario Leodiensi professorem; 8. Matthæum-Josephum Groteclaes, christianitatis decanum, parochum ad s. Nicolaum in civitate; 9. Petrum-Josephum Dewaide, christianitatis decanum, parochum ad s. Martinum in civitate; 10. Petrum-Josephum Jamotte, Parochum ad S. Christophorum in civitate.

Tum juxta morem jam pridem in Belgio usitatum, surgens Promotor dixit: *si quis est cui non placeant, assurgat et cum fiducia accedat R^mum Dominum.* Cum autem, facta aliqua mora, nullus accesserit, cæremoniarum Magister adduxit Examinatores ad Episcopum, in cujus manibus bini et bini juramentum præstiterunt, se in præsenti Synodo deputatos Examinatores illorum qui eligentur ad parochiales ecclesias, fideliter hoc examinandi munere perfuncturos, quacumque humana affectione postposita.

His peractis, ad instantiam Promotoris, prælectum fuit decretum concilii Tridentini de eligendis Judicibus synodalibus; quo lecto statim nominati fuerunt RR. DD. 1. Hubertus Neven, ss. DD. cubicularius honorarius, ecclesiæ cathedralis canonicus, et Vicarius generalis: 2. Theodorus-Josephus Devroye, ecclesiæ cathedralis canonicus præcentor; 3. Waltherus-Josephus-Augustinus Jabon, ecclesiæ cathedralis canonicus custos; 4. Henricus-Godefridus Thomas, ecclesiæ cathedralis canonicus pœnitentiarius.

Postea, instante iterum Promotore, imprimendorum librorum recognitores seu Censores designati fuerunt RR. DD. 1. Henricus Lenders, canonicus theologus ecclesiæ cathedralis; 2. Laurentius Delsupexhe, ecclesiæ cathedralis canonicus; 3. Henricus-Godefridus Thomas, ecclesiæ cathedralis canonicus pœnitentiarius; 4. Nicolaus-Josephus Henrotte, ecclesiæ cathedralis canonicus ad honores; 5. Lambertus-Gulielmus Vanderryst, ecclesiæ cathedralis canonicus ad honores, et cancellariæ episcopalis secretarius; 6. Ferdinandus Ledoux, sacræ theologiæ Doctor, scripturæ sacræ in seminario Leodiensi professor.

His omnibus ordinate actis, institit Promotor pro inchoatione lectionis Statutorum Diœcesis, quod et illico præstitit Secretarius ea legens e suggestu distincte ac alta et intelligibili voce usque ad horam meridianam. Verumtamen ante discessum Promotor instantiam fecit

contra absentes negligentes qui justi impedimenti excusationem non miserint, et Notarium requisivit, ut de omnibus et singulis in hac primæ sessionis parte peractis unum plurave conficeret instrumenta, quod et promisit Notarius, assumptis ut testibus RR. DD. Christianitatis decanis ac parochis ad s. Nicolaum et ad s. Martinum in civitate.

Post prandium, hora secunda cum dimidia, ad sonitum campanæ, omnes convenerunt in ecclesiam Vesperas et Completorium simul recitaturi, quibus absolutis et dictis precibus in Pontificali descriptis, Promotor institit, ut continuaretur lectio Statutorum, quod et præstitit Secretarius ea recitans, usque dum pervenerit ad articulum *de Residentia*. Tum vero, præmissa Promotoris instantia, lecta fuerunt decreta Concilii Tridentini de ea gravi obligatione, et resumpta dein Statutorum lectio continuata fuit usque ad vesperam. Circa horam septimam indicta fuit, ad instantiam Promotoris, sessio secunda in diem sequentem ad horam sextam matutinam, et pollicitus est Notarius, se de actis unum plurave confecturum instrumenta. Postea, cantato per Diaconum *Orate*, et propositis ab eo tribus orationis mentalis capitibus, Episcopus, data solemni benedictione, discessit cum cappa, et clerus post eum.

Altera autem die, quæ fuit 24ª septembris, omnes in ecclesiam convenerunt hora sexta, et interfuerunt missæ planæ quam, assistente cum cappa R^mo^ Patre ac D^no^ Episcopo, celebravit pro defunctis diœceseos Episcopis et clericis Perillustris capituli Decanus, Archiepiscopus Tyrensis. Finita missa, et extenso ante sedem D^ni^ Episcopi panno nigro, cantatum est responsorium *Libera me* et absolutio de more facta. Deinde servatis cæteris cæremoniis, recitatisque precibus in Pontificali præscriptis, ad instantiam Promotoris, præmissa totius cleri iterata vocatione, Secretarius lectionem Statutorum e suggestu resumpsit, auxiliantibus ei Lectoribus in præcedenti sessione designatis, eaque ad meridiem usque continuata fuit.

Hora post meridiem secunda cum dimidia, congregati omnes in ecclesia Vesperas et Completorium recitarunt, et dictis postea precibus præscriptis, instante iterum Promotore, Secretarius aliique supradicti D^ni^ in legendis Statutis diligenter perrexerunt ad horam usque septimam, qua penitus absoluta est omnium Statutorum lectio.

Antequam autem secundæ huic sessioni finis imponeretur, R^mus in Christo Pater et D^nus, uti in oratione sua proœmiali, adstantes universos monuit, ut si quorum animis insideret quædam dubitatio, notabilis objectio, animadversio aut anxietas circa Statuta, eas scripto exaratas, in manus Secretarii ante initium ultimæ sessionis deponerent, ut, omnibus mature perpensis, quod justum et proficuum visum fuerit, decernatur.

Deinde, ad instantiam Promotoris, dixit Notarius, veluti exeunte prima sessione, se de omnibus in hac secunda gestis unum plurave instrumenta confecturum, et indicta ultima sessione ad horam sequentis diei octavam, cantato *orate*, propositisque orationis mentalis capitibus, omnes præeunte Episcopo abscesserunt.

Tertia die, quæ fuit 25ª septembris, omnes in ecclesiam convenientes hora octava interfuerunt missæ de ss. Trinitate in gratiarum actionem, quam solemniter celebravit coram Episcopo parato R. D. Neven, Vicarius generalis.

Post missam interposita fuit aliqualis mora, ut Episcopo tempus esset animadversiones recens oblatas examinandi et ponderandi, atque sessio resumpta est, ad pulsum campanæ, hora circiter decima cum dimidia. Cantatis ergo psalmis, precibus etc. præscriptis, R^mus in Christo Pater et Dominus suggestum conscendit et statim, ut votis nonnullorum fieret, satis, prælegit Indultum apostolicum 4æ maii 1851 de clero ad præsentem Synodum et deinceps vocando. Deinde recensuit omnium sibi oblatarum, seu Secretario traditarum, animadversionum capita, expositisque breviter judicii sui momentis, quædam amplianda, temperanda, clarius explicanda aut addenda benigne decrevit. Tandem R^mus D^nus verbis charitate plenis clerum adhortatus est, ut modo publicata Statuta summo amore et pietate amplectatur et sollicite adimpleat, sicque omnes digne ambulent sancta vocatione, qua vocati sunt.

Pontifice ad sedem synodalem reverso, secretarius instante Promotore, legit decretum *de conclusione Synodi;* quo lecto, Promotor ultimum institit, ut de omnibus in hac ultima sessione peractis, Notarius unum aut plura conficeret instrumenta, quod hic se facturum promisit, assumptis testibus in aliis sessionibus jam adhibitis.

Omnibus sic ordinatim absolutis, apertæ sunt portæ ecclesiæ, et

habita est processio, infra quam ab universo clero pie et solemniter decantatus fuit hymnus *Te Deum*. Post reditum, recitata a Pontifice oratione præscripta, cantato a diacono *Orate*, et propositis orationis mentalis capitibus, factæ fuerunt acclamationes Deo Patri misericordiarum, beatissimo D^no^ Papæ, R^mo^ D^no^ Episcopo, civitati et diœcesi Leodiensi, et decretorum in Synodo publicatorum observantiæ salutari. Expletis acclamationibus, sedens Pontifex excepit Vicarium, canonicos aliosque primores cleri ad osculum pacis. Deinde, prælecto per Secretarium decreto *de demissione Synodi*, benedixit solemniter Pontifex clero et populo, publicatæ fuerunt de more Indulgentiæ, et cantato per diaconum *Recedamus in pace*, terminata est Synodus, atque Episcopum ad ædes suas revertentem comitatus est clerus universus.

Ego, Synodi Notarius, et duo testes supra nominati, omnibus dictæ Synodi actis interfuimus, eaque sic fieri vidimus, prout in præsenti publico instrumento descripta habentur. Ideo in eorumdem præmissorum fidem et testimonium manu propria subscripsimus.

Datum Leodii die 25 septembris 1851.

J. P. A. J. Beckers, Synodi Notarius.

M. J. Groteclaes, ad. s. Nicolaum Parochus.

P. J. Dewaide, ad s. Martinum Parochus.

CATALOGUS

OMNIUM QUI INTERFUERUNT

SYNODO DIŒCESANÆ LEODIENSI

ANNO 1851 CELEBRATÆ,

PRÆSIDE

Ill^mo ac R^mo DD. Cornelio-Richardo-Antonio VAN BOMMEL, Ep° Leod. S^i D^ni N^tri Præl. Domest. et Pontif. Sol. Assist.

Clerus Ecclesiæ cathedralis.

R^mus ac Peril. DD. Carolus-Josephus-Benedictus, e Comitibus a Mercy-Argenteau, Archiep. Tyren. SS^i D^ni N^tri Prælat. Domest., Pontif. Sol. Assist., Capituli Decanus.

Canonici capitulares.

RR. DD.

Hubertus Neven, S^mi D. N. Cubicularius honorarius, Archidiaconus et Vicarius generalis.

Hubertus-Josephus Jacquemotte, S. D. N. Cubicularius honorarius, Archidiaconus et Vicarius generalis.

Theodorus-Josephus Devroye, Præcentor.

Joannes Vandenacker.

Lambertus Neven.

Joann.-Philip.-Alb.-Jos. Beckers, Cancell. episcop. Secret.

Waltherus-Josephus-Augustinus Jabon, Custos.

Henricus Lenders, Theologus.

Laurentius-Josephus Goffinet.

Godefridus-Henricus Thomas, Pœnitentiarius.

Canonici ad honores.

RR. DD.

Nicol. Gotale, seminarii Leod. Præses et S. Theol. Professor.

Henricus-Gulielmus Wouters, in alma univers. Lovanien. S. Theologiæ Doctor, atque Historiæ eccles. Professor.

Petr.-Joann. Schryen, minoris seminarii Trudonen. Rector.

Arnoldus-Andreas Stassens.

Nicolaus-Joseph Henrotte, nosocomii, vulgo Bavière dicti, in spirit. Rector.

Adolph. Cavelier, nosocom. et præsidii milit. in spirit. Rector.

Gangulphus-Amandus-Isidorus Paquot, Provinciæ Leodiensis scholarum diœcesanus Inspector.

Constantinus-Josephus Bogaerts, in alma univ. Lovan. ss. Can. Lic, s. Theologiæ in semin. Leodien. Professor.

Lamb.-Gulielm. Vanderryst, in alma univ. Lovan. ss. Can. Bacc., Cancellariæ Episc. Secret.

Joannes-Franc.-Henr.-Ant. Lepourceaux, Xenodochii mulier. insanab. Rect. in spiritualibus.

Gerardus Lonay, in alma univers. Lovan. Phil. et Litt. Doct., in min. Semin. Trudonen. Philosophiæ Professor.

Professores Seminarii Leodien.

RR. DD.

Augustus Kempeneers, in alma univ. Lovan. ss. Can. Doct., juris Canonici et hist. Eccl Professor.

Ferdinandus Ledoux, S. Theol. Doct., Scripturæ Sacræ Prof.

Petrus Mommen, S. Theol. Professor.

Joannes-Henric. Hazé, œconomus et ss. Rituum Professor.

Plurimum Rd^us^ Pater Joseph-Maria Van Moock, Prior monasterii B. M^æ^. V^is^ de Trappa, de s. Bened. ord. cistercien. in Achel.

Venerabiles presbyteri, christianitatis decani.

RR. DD.

Matthæus-Joseph. Groteclaes, christ. decan., parochus ad s. Nicolaum, in civitate.

Petrus-Joseph. Dewaide, christ. decan., paroch. ad s. Martinum, in civitate.

Joannes-Josephus-Servat. Van Hex, christ. decan., paroch. ad s. Jacobum, in civitate.

Gerardus-Joann. Lovens, christ. decan., paroch. ad s. Bartholomæum, in civitate.

Josephus-Vict. Duchemin, christ. decan. et paroch. in Hozémont, per procuratores RR. DD. Jacob.-Hubert. Dossogne, paroch. in Awans, et Leonard.-Joseph. Defosse, paroch in Flémalle-Grande.

Joannes-Joseph. Goblet, christ. decan. et paroch. Waremiæ, per procuratorem R. D. Nicol.-Joseph. Pirnay, paroch. in Celles.

Joannes-Anton.-Joseph. Lisin, christ. decan. et paroch. in Ferrières per procuratorem R. D. Sebast. Augustin, paroch. in Harzé.

Joann.-Gulielm. Petitbois, christ. decan., et paroch. Herviæ.

Petrus-Math. Claes, christ. decan., et paroch. Hercæ.

Sebast.-Jos. Lovens, christ. decan., et paroch. ad. S. Remacl. Verviæ.

Ludov.-Jos. Degageur, christ. decan., et paroch. in Nandrin.

Arnold.-Henric. Stiels, christ. decan., et paroch. Viseti.

Petrus-Henric. Tessens, christ. decan., et paroch. Breæ.

Joannes Broers, christ. decan., et paroch. Aubeli.

Henricus Huygen, christ. decan., et paroch. Beringæ.

Joann.-Henr. Prévot, christ. decan., et paroch. in Sprimont.

Franc.-Jos. Hubert, christ. decan., et paroch. in St.-Georges.

Jacob.-Jos. Froidthier, christ. decan., et paroch. in Glons.

Hermannus-Christophorus Beelen, christ. decan., et paroch. Loscastri.

Joan.-Leonard. Reinartz, christ. decan. et paroch. ad B. M. V. Tungris.

Gulielmus-Ludovic. Cartuyvels, christ. decan., et paroch. ad B. M. V. Trudonopoli.

Lambertus Hoebanx, christ. decan., et paroch. Delisiæ.

Petr.-Alb.-Jos. Buissonnet, christ. decan., et paroch. ad B. M. V. Hoii.

Joannes Bruns, christ. decan., et paroch. Limburgi.

RR. DD.

Nicolaus-Sim.-Anton. Lagasse, christ. decan., et paroch. Serranei ad Mosam.

Servatius-Joseph. Maréchal, christ. decan., et paroch. Spadæ.

Franc.-Thom. Nagant, christ. decan., et paroch. in Couthuin.

Theodorus Spaes, christ. decan., et paroch. ad s. Quintinum Hasseleti.

Joannes Henrotte, christ. decan., et paroch. Mechliniæ ad Mosam.

Joann.-Gulielm. Demal, christ. decan., et paroch. in Landen.

Petrus-Joann. Lynen, christ. decan., et paroch. Mosaci.

Joann.-Francisc. Legrand, christ. decan., et paroch. Hannuti.

Joannes Tychon, christ. decan., et paroch. Submaniæ.

Joann.-Henric. Oyen, christ. decan., et paroch. in Hamont.

Georg.-Eustach. Jacquemin, christ. decan., et paroch. Stabulai.

Henricus Cornelis, christ. decan., et paroch. Peræ.

Joann.-Henr. Martin, christ. decan., et paroch. in Vlytingen.

Venerabiles presbyteri in Civitate parochi, aut nosocomiorum Rectores.

RR. DD.

Joannes-Servat. Dantinne, paroch. ad s. Foillanum.

Aegidius-Franc.-Jos. Laoureux, paroch. ad s. Remaclum.

Joann.-Mart.-Joseph. Systermans, paroch. ad s. Antonium.

Joannes-Theod. Méan, paroch. ad s. Margaritam.

Joann.-Bernard.-Joseph. Lejeune, paroch. ad s. Veronicam.

Petrus-Joseph. Jamotte, paroch. ad s. Christophorum.

Joannes-Joseph. Legrand, paroch. ad s. Walburgem.

Joannes-Gulielm. Habets, paroch. ad s. Crucem.

Joannes-Francisc. Marechal, paroch. ad s. Fidem.

Aegidius-Lamb. Snyers, paroch. ad s. Vincentium.

Hubertus-Sebast. Merx, vice-paroch. ad s. Aegidium.

Joannes.-Theod. Jardon, Xenodochii virorum insanabil. Rector in spiritualibus.

Andræas-Joseph.-Eduard. De Rouvroy, Orphanotrophii puellarum in spiritualib. Rector.

Presbyteri scholis aut gymnasiis præpositi.

RR. DD.

Joann.-Bapt. Janné, Provinc. Limburg. schol. diœc. Inspector.
Joseph.-Joan.-Francisc. Demal, gymnasii Trudonen. Rector.
Christ. Warblings, gymnasii Herviensis Mariæ Theres. Rector.
Hubertus Moreau, gymnasii Hoiensis s. Quirini Rector.

Venerabiles presbyteri qui decanalibus congregationibus fuere a secretis.

RR. DD.

Lambertus Daffnay, paroch. in Römersdael.
Joannes Kesen, paroch. in Pael.
Joannes-Gulielm. Schildermans, paroch. in Hoesselt.
Gerardus-Anton.-Gulielm.-Hub. Caris, paroch. in Beeck.
Joannes-Ludov. Dehasque, paroch. in Landenne.
Carolus-Franc. Cnops, paroch. in Overpelt.
Antonius Glesner, paroch. in Hannêche.
Joannes Lintmans, paroch. in Curange.
Joannes-Joseph Clercx, paroch. in Lummen.
Henricus-Balthas. Delageneste, paroch. in Thimister.
Arnoldus Demaret, paroch. in Jeneffe.
Joannes-Gulielm. Hornay, paroch. in Antheit.
Arnoldus Rubens, paroch. in Wamont.
Petrus-Winand.-Joseph. De la Haye, paroch. Henrici-Capellæ.
Joannes Göbbels, paroch. in Vliermael.
Matthæus-Laurent.-Gabr. Corbey, paroch. in Reckheim.
Joannes-Petr.-Joseph. Naa, paroch. in Villers-le-Temple.
Antonius Truyens, paroch. in Kleine-Brogel.
Joannes Kesen, paroch. in Schuerhoven.
Lambertus-Thom.-Joseph Stiennon, paroch. in Chênée.
Mathias-Joseph. Conrardy, paroch. in Theux.
Anton.-Franc.-Joseph.-Ghisl. Dewez, paroch. in Beaufays.
Cornelius-Henric. Nartus, paroch. in Henis.
Christianus Vlecken, paroch. in Fouron-le-Comte.
Lambertus-Anton. Bellis, paroch. in Oleye.

DAMNATIO

Et prohibitio Operis cui titulus « *Juris Ecclesiastici Institutiones Joannis Nepomuceni Nuytz in Regio Taurinensi Athenæo Professoris* — Itemque — *In Jus Ecclesiasticum universum Tractationes* — *Auctoris ejusdem* (1).

PIUS PP. IX. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad Apostolicæ Sedis fastigium sola miserentis Dei clementia, nullo suffragio meritorum evecti, atque a cœlesti Patrefamilias vineæ suæ custodiendæ præpositi, omnino officii Nostri, ac muneris esse ducimus, si qua noxia germina excrevisse noscamus, ea succidere, atque evellere stirpitus, ne in Dominici agri perniciem altius radices agant, ac diffundantur. Et sane quum jam inde ab Ecclesiæ surgentis exordio, tamquam in igne aurum, probari oportuerit electorum fidem, idcirco Apostolus vas electionis monitos jam tum fideles voluit surrexisse quosdam, qui « *convertunt, et conturbant Evangelium Christi* » (ad Gal. 1.), quibus falsas doctrinas disseminantibus, Fideique deposito detrahentibus « *etiamsi Angelus evangelizet, præterquam quod evangelizatum est* » anathema diceretur. Et quamquam infensissimi veritatis hostes profligati semper victique ceciderint, nunquam tamen destiterunt assurgere, acriusque exerere vires, quibus universam, si fieri posset, Ecclesiam labefactare niterentur. Hinc profanas manus injicientes in Sancta, Apostolicæ hujus Sedis prærogativas, et jura invadere, Ecclesiæ constitutionem pervertere, atque integrum Fidei depositum pessumdare ausu impio contenderunt. Porro etsi Nobis magno solatio sit Christi Servatoris promissio, qua portas inferi nunquam contra Ecclesiam prævalituras edicit, non possumus tamen non intimo cruciari animi angore, gravis-

(1) Le Bref que nous rapportons ici d'après la *Correspondance de Rome*, ne renferme pas seulement la mise à l'index des ouvrages de Nuytz, mais il contient en outre, résumée en peu de mots, la doctrine de l'Eglise, sur des points importants de la discipline. C'est à ce dernier titre surtout que nous le communiquons à nos lecteurs, et plus d'une fois par la suite, nous aurons occasion d'appeler à ce Bref.

simam animarum perniciem considerantes, quam ex effræna pravos libros edendi licentia, perversaque impudentia, ac scelere quidlibet contra divina, ac sacra audendi latius in dies manare comperimus.

Jam vero in hac librorum undique grassantium peste, locum sibi vindicat Opus sic inscriptum « *Juris Ecclesiastici Institutiones Joannis Nepomuceni Nuytz in Regio Taurinensi Athenæo Professoris* » itemque « *In Jus Ecclesiasticum universum Tractationes* » *Auctoris ejusdem*, cujus nefarii Operis doctrina ex una illius Athenæi Cathedra sic diffusa est, ut selectæ ex eo acatholicæ theses ad disputandum propositæ sint prolytis ephebis, qui lauream, seu doctoris gradum consequi adspirarent. In his vero libris, ac thesibus in speciem adserendi jura Sacerdotii, atque Imperii ii traduntur errores, ut pro salutaris doctrinæ præceptis venenata omnino pocula juventuti porrigantur. Auctor siquidem pravis suis propositionibus, earumque commentis, illa omnia, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, præsertim Joanne XXII, Benedicto XIV, Pio VI, ac Gregorio XVI, atque a tot Conciliorum decretis, præsertim a Lateranensi IV, Florentino ac Tridentino damnata jamdiu, ac rejecta sunt, quodam fuco novitatis adspersa, atque illita Auditoribus proponere suis, ac typis edere non erubuit. Quandoquidem palam, et aperte in editis dicti Auctoris libris asseritur « Ecclesiam vis inferendæ potestatem non habere, neque potestatem ullam temporalem directam, vel indirectam. Divisioni Ecclesiæ in Orientalem, atque Occidentalem nimia Romanorum Pontificum arbitria contulisse; præter potestatem Episcopatui inhærentem, aliam esse attributam temporalem a civili imperio vel expresse, vel tacite concessam, revocandam propterea cum libuerit a civili imperio : civili potestati vel ab infideli imperante exercitæ competere potestatem indirectam negativam in Sacra : civilem potestatem, ab Ecclesiastica, si damno afficiatur, sibi consulere per potestatem indirectam negativam in Sacra : illi competere nedum jus, quod vocant, *exequatur*, sed vero etiam appellationem ab abusu : in conflictu legum utriusque potestatis, jus Civile prævalere : nihil vetare alicujus Concilii generalis sententia, aut universorum populorum facto, Summum Pontificatum a Romano Episcopo, atque Urbe ad alium Episcopum, aliamque Civitatem transferri : nationalis Concilii definitionem nullam aliam admittere disputationem, et civilem administrationem, rem ad hosce

terminos exigere posse : doctrinam comparantium libero Principi Romanum Pontificem, et agenti in universa Ecclesia, doctrinam esse, quæ medio ævo prævaluit, effectusque adhuc manere : de temporalis regni cum spirituali compatibilitate disputare inter se Christianæ, et Catholicæ Ecclesiæ filios. » Plura quoque de Matrimonio falsa asseruntur. « Nulla ratione ferri posse Christum evexisse Matrimonium ad dignitatem Sacramenti; matrimonii Sacramentum non esse nisi quid contractui accessorium, ab eoque separabile, ipsumque Sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm esse : jure naturæ Matrimonii vinculum non esse indissolubile : Ecclesiam non habere potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed eam civili potestati competere a qua impedimenta existentia tollenda sint : causas Matrimoniales, et Sponsalia suapte natura ad forum civile pertinere ; Ecclesiam sequioribus sæculis dirimentia impedimenta inducere cœpisse, non jure proprio sed illo jure usam, quod a civili potestate mutuata erat : Tridentinos Canones (Sess. 24 de matrim. c. 4.), qui anathematis censuram illis inferunt, qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiæ negare audeant, vel non esse dogmaticos, vel de hac mutuata potestate intelligendos. » Quin addit « Tridentinam formam sub infirmitatis pœna non obligare ubi lex civilis aliam formam præstituat, et velit hac nova forma interveniente matrimonium valere : Bonifacium VIII votum castitatis in Ordinatione emissum nuptias nullas reddere primum asseruisse. » Plura denique de potestate Episcopali, de pœnis hæreticorum, et schismaticorum, de Romani Pontificis infallibilitate, de Conciliis temere atque audacter in hisce libris proposita occurrunt, quæ persequi singillatim, ac referre in tanta errorum colluvie omnino tædeat.

Quapropter compertum est, Auctorem per hujusmodi doctrinam, ac sententias eo intendere, ut Ecclesiæ constitutionem, ac regimen pervertat, et Catholicam fidem plane destruat ; siquidem ne errantes in viam possint redire justitiæ, externo judicio, et potestate coercitiva Ecclesiam privat, de matrimonii natura, ac vinculo falsa sentit, ac docet, et jus statuendi, vel relaxandi impedimenta dirimentia Ecclesiæ denegat, et civili addicit potestati; denique sic Ecclesiam eidem civili imperio subditam esse per summum nefas asserit, ut ad potestatem civilem directe, vel indirecte conferat quidquid de Ecclesiæ regimine, de personis, rebusque

Sacris, de judiciali Ecclesiæ foro Divina est institutione, vel Ecclesiasticis legibus sancitum, atque adeo impium renovat Protestantium systema, quo fidelium Societas in servitutem redigitur civilis imperii. Quamquam vero nemo est qui non intelligat perniciosum hujusmodi, pravumque systema errores instaurare jamdiu Ecclesiæ judicio profligatos, tamen ne simplices, atque imperiti decipiantur, admonere omnes de pravæ doctrinæ insidiis ad Nostrum pertinet Apostolatum; expedit siquidem « ut ibi damna fidei sarciantur, ubi non potest fides sentire defectum » (S. Bern. Ep. 190). Propterea de unitate, atque integritate Catholicæ fidei ex Apostolici ministerii officio solliciti, ut fideles omnes perversam auctoris doctrinam devitent, fidemque a Patribus per hanc Apostolicam Sedem, columnam, et firmamentum veritatis, acceptam constanter teneant, memoratos libros in quibus recensitæ nefariæ opiniones continentur, ac defenduntur, accurato primum examini subjecimus, ac deinde Apostolicæ censuræ gladio percellere, ac damnare decrevimus.

Itaque acceptis consultationibus in Theologica, et Sacrorum Canonum facultatibus Magistrorum, acceptisque suffragiis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationis Supremæ, et universalis Inquisitionis, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine prædictos libros, tamquam continentes propositiones, et doctrinas respective falsas, temerarias, scandalosas, erroneas, in S. Sedem injuriosas, ejusdem, juribus derogantes, Ecclesiæ regimen, et divinam ejus Constitutionem subvertentes, schismaticas, hæreticas, Protestantismo, ejusque propagationi faventes, et in systema jamdiu ut hæreticum damnatum in Luthero, Bajo, Marsilio Patavino, Janduno, Marco Antonio De Dominis, Richerio, Laborde, et Pistoriensibus, aliisque ab Ecclesia pariter damnatis inducentes, nec non et Canonum Concilii Tridentini eversivas, reprobamus, damnamus, ac pro reprobatis, et damnatis ad omnibus haberi volumus, et mandamus. Præcipimus idcirco, ne quisquam fidelium cujuscumque conditionis, et gradus, etiamsi specifica, et individua mentione dignus esset, audeat præfatos libros, ac theses apud se retinere, aut legere sub pœnis suspensionis a divinis quoad Clericos, et quoad laicos excommunicationis majoris ipso facto incurrendis, quarum absolutionem, et relaxationem Nobis, et successoribus Nostris Romanis Pontificibus reservamus, excepto tantum

quoad excommunicationem mortis articulo. Mandamus quoque Typographis, ac Bibliopolis, cuntisque, et singulis cujuscumque gradus, et dignitatis, ut quoties prædicti libri ac theses ad eorum manus pervenerint, deferre teneantur Ordinariis sub iisdem respective pœnis, nempe quoad Clericos suspensionis a divinis, quoad laicos excommunicationis majoris superius comminatis. Neque tantum memoratos libros, vel forte exarandos, et imprimendos, in quibus eadem nefariâ doctrina renovetur ex integro, aut in parte, sub iisdem pœnis superius expressis damnamus, reprobamus, atque legi, imprimi, retineri omnino prohibemus.

Hortamur tandem in Domino, et obsecramus Venerabiles Fratres, quos Nobiscum pastoralis zelus, et Sacerdotalis constantia conjungit, ut pro sibi commisso docendi ministerio omni sollicitudine vigilantes in custodia gregis Christi, oves suas a tam venenatis pascuis, hoc est ab horum librorum lectione avertere, satagant; et quoniam « veritas cum minime defenditur, opprimitur » (S. Felix III dist. 83.), murum æneum, et columnam ferream sese constituant pro domo Dei contra vaniloquos, et seductores, qui divina, atque humana jura susdeque miscentes neque Cæsari, quæ sunt Cæsaris, neque quæ Dei sunt, Deo ipsi reddentes, Sacerdotium, et Imperium committunt inter se, atque adeo impetere utrumque, atque evertere connituntur.

Ut autem præsentes Literæ omnibus innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere, et allegare valeat, volumus, ac jubemus ipsas ad valvas Basilicæ Apostolorum Principis, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; sic vero affixas, ac publicatas perinde omnes afficere, ad quos spectant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, atque intimatæ fuissent. Præsentium quoque Litterarum transumptis etiam impressis, manu alicujus publici Notarii subscriptis, et Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem in judicio, et extra haberi volumus, quæ eisdem haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 22 Augusti Anno MDCCCLI Pontificatus Nostri Anno Sexto.

A Card. Lambruschini.

Die 19 Septembris 1851, supradicta Damnatio, et Prohibitio affixa et publicata fuit ad S. Mariæ supra Minervam, ad Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, Cancellariæ Apostolicæ, et Curiæ Innocentianæ valvas, in acie Campi Floræ, et in aliis consuetis Urbis locis per me Aloysium Pitorri Apost. Curs.

Joseph Cherubini Magister Cursorum.

NOUVEAU JUBILÉ.

N. S. Père le Pape Pie IX, frappé des maux qui menacent l'Eglise de toutes parts, vient, pour la troisième fois depuis son élévation au Souverain Pontificat, offrir aux Chrétiens les trésors de la miséricorde céleste, il annonce un nouveau Jubilé. Nous ne reviendrons pas sur cette matière déjà expliquée en d'autres temps, il suffira de mettre sous les yeux des lecteurs les lettres apostoliques qui ont été adressées à tous les Evêques catholiques, et de signaler, lorsqu'elles se présenteront, les différences des conditions ou des clauses du présent Jubilé de celles du Jubilé antérieur.

Nous publions ces lettres en latin, pour éviter les inexactitudes assez ordinaires des traductions françaises.

Sanctissimi Domini Nostri PII *divina providentia* PAPÆ IX *epistola encyclica ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos, aliosque locorum ordinarios gratiam et communionem apostolicæ sedis habentes.*

PIUS PP. IX.

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Exsultavit cor Nostrum in Domino, Venerabiles Fratres, et humillimas maximasque clementissimo misericordiarum Patri, et Deo totius consolationis egimus gratias, ubi inter assiduas, et gravissimas, quibus in hac tanta temporum iniquitate premimur, angustias, ex plurimis vestris testimoniis accepimus uberes, lætissimosque fructus, qui divina adspirante gratia in populos curæ vestræ commissos ex sacro Jubilæo a

Nobis concesso redundarunt. Significastis enim, hac occasione fideles vestrarum diœcesium populus summa frequentia in spiritu humilitatis, et in animo contrito ad sacras ædes certatim accurrisse, ut verbi Dei prædicationi assisterent, et ablutis per reconciliationis Sacramentum animi sordibus, ad divinam mensam accederent, ac simul fervidas Deo Optimo Maximo juxta Nostra desideria preces offerrent. Inde contigit, ut non pauci cœlestis gratiæ ope e vitiorum cœno, et errorum tenebris, ubi misere jacebant, emersi, ac virtutis, et veritatis semitas amplexi salutarem vitæ rationem inierint. Quæ quidem omnia summæ consolationi, et jucunditati Nobis fuerunt, qui de omnium hominum salute Nobis divinitus commissa quam maxime anxii, atque solliciti nihil profecto tam vehementer optamus, nihilque aliud votis omnibus, ac precibus dies, noctesque in humilitate cordis Nostri a Deo exposcimus, quam ut omnes populi, gentes, nationes ambulantes gressibus fidei quotidie magis Ipsum agnoscant, et diligant, ac sanctissimam Ejus legem sedulo adimpleant, et instent viam, quæ ducit ad vitam.

Etsi vero, Venerabiles Fratres, ex parte Nobis summopere lætandum, quod vestrarum diœcesium populi magnas ex sacro Jubilæo spirituales perceperint utilitates, tamen ex altera non parum dolendum, cum videamus quam afflictam, et luctuosam sanctissima nostra religio, et civilis societas præ se ferant faciem miserrimis hisce temporibus. Nemo enim Vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, quibus subdolis artibus, quibus monstrosis opinionum portentis, et nefariis cujusque generis machinationibus, Dei et humani generis hostes omnium mentes pervertere, moresque corrumpere conniturtur, ut religionem, si fieri umquam posset, usquequaque tollere, et civilis societatis vincula revellere, eamque funditus evertere valeant. Hinc porro deploranda multorum mentibus offusa caligo; acerrimum contra catholicam rem universam, atque hanc Apostolicam Sedem bellum; teterrimum contra virtutem, honestatemque odium; perditissima vitia mentito virtutis nomine cohonestata; effrenata opinandi, vivendi, et quidlibet audendi licentia; impotens cujusque imperii, potestatis, atque auctoritatis intolerantia; sacrarum rerum, ac sanctissimarum legum, optimarumque institutionum ludibrium, contemptus; miseranda improvidæ præsertim juventutis corruptio; pestifera pravorum librorum et undique

volantium ac peccare docentium libellorum, ephemeridum, ac pagellarum colluvies ; mortiferum *indifferentismi*, et incredulitatis virus; impiarum conspirationum motus, et jura cum humana, tum divina spreta, atque irrisa. Neque Vos latet, Venerabiles Fratres, quæ exinde anxietas, quæ dubitatio, quæ hæsitatio, ac formido omnium præsertim bene sententium animos sollicitet, et angat, cum gravissima quæque mala privatis, publicisque rationibus sint pertimescenda, ubi homines a veritatis, justitiæ, et religionis norma misere desciscentes, ac pravis indomitisque servientes cupiditatibus omne nefas animo moliuntur.

In tanto igitur rerum discrimine nemo non videt, omnes spes nostras unice esse collocandas in Deo salutari nostro, atque continuas, fervidasque Ipsi adhibendas preces, ut misericordiæ suæ divitias super omnes populos propitius effundens, et omnium mentes cœlestis suæ gratiæ lumine illustrans, errantes ad justitiæ viam reducere, ac rebelles hostium voluntates ad se convertere dignetur, omnibusque sancti sui nominis amorem, et timorem inserat, ac spiritum tribuat cogitandi semper, et agendi quæcumque justa, quæcumque sancta. Et quoniam suavis, mitis et misericors est Dominus, ac dives in omnes, qui invocant Illum, respicit in orationem humilium, et omnipotentiam suam parcendo maxime, et miserando manifestat, adeamus, Venerabiles Fratres, cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Omnis enim qui petit accipit, qui quærit invenit, et pulsanti aperietur (1). Ac primum immortales miserationum Domino agamus gratias, et labiis exsultationis laudemus nomen sanctum Ejus, cum in multis catholici orbis regionibus mirabilia misericordiæ suæ operari dignetur. Hinc unanimes, atque eadem fidei sinceritate, spei firmitate, et caritatis ardore animati sine intermissione Deum humiliter, enixeque orare, et obsecrare non desinamus, ut Ecclesiam suam sanctam ab omnibus calamitatibus eripiat, eamque ubique gentium, ubique terrarum magis in dies amplitudine augeat, et exaltet, ut mundum a cunctis purget erroribus, omnesque homines ad agnitionem veritatis, et salutis viam clementissime

(1) Matth. VII, 8.

adducat, ut flagella suæ iracundiæ, quæ pro nostris peccatis meremur, propitius avertat, ut mari, ventisque imperet, et faciat tranquillitatem, atque optatissimam pacem omnibus concedat, ut salvum faciat populum suum, et benedicat hæreditati suæ, illamque ad cœlestia dirigat, atque perducat. Ut autem facilius Deus inclinet aurem suam ad preces nostras, et annuat votis nostris, levemus oculos, manusque ad sanctissimam Dei Genitricem immaculatam Virginem Mariam, cujus nullum præsentius, nullum validius apud Deum patrocinium, quæque nostra amantissima mater, et maxima fiducia nostra, immo tota ratio spei nostræ, quod quærit invenit, et frustrari non potest. Deinde suffragia quoque quæramus tum Apostolorum Principis, cui Christus ipse tradidit claves regni cœlorum, quemque Ecclesiæ suæ petram constituit, adversus quam portæ inferi prævalere nunquam poterunt; tum Coapostoli ejus Pauli, et proprii cujusque civitatis et regionis Patroni, aliorumque Cœlitum omnium, quo benignissimus Dominus uberrima suæ bonitatis dona copiosissime largiatur.

Itaque, Venerabiles Fratres, dum Nos in hac alma Urbe Nostra publicas preces fieri mandamus, hisce Litteris Vos ipsos, et populos curæ vestræ commissos ad votorum Nostrorum societatem evocamus, et egregiam vestram religionem, ac pietatem omni studio excitamus, ut in vestris quoque diœcesibus publicas orationes ad divinam implorandam clementiam indicendas curetis. Atque ut fideles ardentiore animo hisce obsecrationibus per Vos statuendis instent, cœlestes Ecclesiæ thesauros in forma Jubilæi denuo proferre censuimus, quemadmodum ex aliis Nostris Litteris huic adjectis clare intelligetis.

In eam profecto spem erigimur fore, Venerabiles Fratres, ut Angeli pacis habentes phialas aureas, et thuribulum aureum in manu sua humiles Nostras, ac totius Ecclesiæ preces offerant super altare aureum Domino, atque Ipse benigno illas vultu excipiens, ac Nostris, vestrisque, et omnium fidelium votis clementissime annuens, velit omnium errorum tenebras dispellere, omnium malorum dissipare procellas, ac rei tum christianæ, tum civili auxiliariam porrigere dexteram, atque efficere, ut in omnibus hominibus una eademque sit fides mentium, una eademque actionum pietas, unus idemque religionis, virtutis, veritatis, et justitiæ amor, unum idemque pacis

studium, unum idemque caritatis vinculum, atque ita Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi regnum in universo terrarum orbe magis in dies amplificetur, corroboretur, atque exaltetur.

Denique cœlestium omnium munerum auspicem, ac flagrantissimæ Nostræ in Vos caritatis testem accipite Apostolicam Benedictionem, quam intimo cordis affectu Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus vigilantiæ vestræ concreditis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXI Novembris Anno MDCCCLI Pontificatus Nostri Anno Sexto.

PIUS PP. IX.

CONSULTATIONS ADRESSÉES A LA RÉDACTION

Des Mélanges Théologiques.

CONSULTATION I.

Un de nos abonnés nous adresse itérativement deux questions dont il demandait la solution par une première lettre du 2 mars de cette année.

S'il avait eu assez de confiance en notre discrétion pour signer ses lettres, nous lui eussions fait connaître directement les motifs qui nous avaient commandé le silence; mais on comprend assez qu'avec des correspondants inconnus, il ne nous reste que deux partis à prendre, ou le silence complet, ou la publication de nos motifs dans les Mélanges. Or, nous tenons trop à l'utilité générale, pour la sacrifier aux désirs de quelqu'un en particulier, et entretenir les lecteurs de choses insignifiantes pour la plupart d'entr'eux.

Nous prions donc ceux de nos lecteurs qui nous honorent de leurs consultations, de vouloir tous signer leurs lettres, afin que si la question proposée ne présente pas assez d'intérêt pour la majeure partie des lecteurs, ou que s'il ne con-

vient pas d'y répondre publiquement, nous sachions où adresser nos observations, ainsi que nous l'avons déjà fait plusieurs fois.

Nous les prions en outre de n'adresser que des doutes pratiques et d'une utilité réelle; notre temps est trop précieux, le nombre de questions importantes en théologie est trop considérable, pour que nous consentions sans regret à traiter des cas chimériques et imaginaires.

C'est sur l'avis de MM. les Examinateurs que nous n'avons pas publié notre réponse aux doutes suivants. Il nous ont fait observer que le cas était non-seulement imaginaire, mais en quelque sorte aussi injurieux à la magistrature civile, et que pour ces motifs, il ne convenait pas d'y répondre. Chaque lecteur pourra juger combien ce conseil est sage, en lisant les doutes proposés.

Filia quædam jam pluries decepta, singulis vicibus pharmacopolam adiit ut ab eo remedium abortivum reciperet, quod et recepit. Tandem conscientiæ remorsu consilium petiit utrum eum adhuc accedere liceret, cum intentione eum justitiæ humanæ deferendi. Confessarius a quo consilium petiit, dissuasit, quum id esset præbere pharmacopolæ occasionem peccandi mortaliter.

Si prædicta filia a justitia humana sit suasa, sive coacta, ut pharmacopolam adhuc accederet, eo fine ut puniretur, an confessarius idem suadere vel dissuadere debet?

CONSULTATION II.

MM. Les résolutions que vous avez données dans la 4e série, 4e cahier, sur les difficultés qui ont trait aux anniversaires, m'engagent à vous en proposer quelques nouvelles.

1° J'ai plusieurs anniversaires fondés en des jours de Dimanches, exigeant une Messe base avec récitation d'un Nocturne et des Laudes. Il faut donc les anticiper ou les retarder : mais comme alors, le jour où se dit l'anniversaire est souvent une fête double, il me semble qu'on ne

peut pas dire la Messe *de Requiem :* parce que 1° on ne peut pas supposer que ces Dimanches quoique spécifiés (il y en a bien 30), soient exactement l'anniversaire du décès : 2° si le décret du 19 juin 1700 accorde aux messes basses le privilége des messes chantées, ce n'est que dans les paroisses ou églises rurales, où ordinairement il n'y a qu'une messe par jour ; tandis qu'ici il y a un vicaire depuis près de trois siècles, auquel incombe l'obligation de la Messe tous les jours.

2° Peut-on dire la Messe *de Requiem* au premier jour du mois, lequel est désigné par le testateur, si c'est un dimanche ou s'il se rencontre un office double ?

3° J'ai aussi plusieurs messes basses dont quelques-unes avec vigiles, fondées mais non à jour fixe, par exemple, en Carême.

Comment faire si toutes ces Messes doivent être déchargées aux jours libres, puisqu'il est impossible de trouver autant de jours dans l'année, en ayant un bon nombre employés pour des Messes de confréries, de sépulture, d'obsèques qui montent annuellement à plus de cent ?

Je serais d'autant plus charmé d'avoir votre opinion sur ces points que j'ignore tout-à-fait ce que mes prédécesseurs ont pratiqué.

Agréez, je vous prie...

Les doutes présentés par notre respectable abonné sont plus faciles à résoudre qu'on ne le croirait au premier coup d'œil. Il s'agit dans l'espèce de Messes *basses* fondées par des testateurs. Or, nous avons sur ce point une règle fixe tracée par Alexandre VII, dans son décret général de l'an 1662. Il y établit qu'on peut satisfaire à l'obligation imposée par la fondation, en disant la messe du jour, et qu'il n'est nullement permis de dire la messe *de requiem* aux jours doubles ou équivalents. « Missas privatas pro defunctis, seu *de requiem*, » in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant. » Quod si *ex benefactorum præscripto*, Missæ hujusmodi cele- » brandæ incidant in festum duplex, tunc minime transfe- » rantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus » suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo » currenti, cum applicatione sacrificii juxta mentem eorum

»benefactorum..... atque ita SS. benefactorum mentem im»pleri voluit. » Die 5 aug. 1662. *Decretum generale.*

D'après ces dispositions, nous répondrons que s'il est possible, le Dimanche, ou en tout autre jour empêché et déterminé par le fondateur, d'appliquer la Messe du jour à son intention, on sera tenu de le faire, pour décharger la fondation. Si la chose n'est pas possible, soit parce que le curé est seul dans la paroisse et qu'il ne bine pas, soit parce que plusieurs fondations tombent au même jour, il faudra y satisfaire au premier jour, et il suffira, à moins que l'office ne permette la Messe *de requiem*, de célébrer la Messe conforme à l'office, à l'intention du testateur.

Nous avons maintenant à parler de la récitation publique (1) de l'office des morts aux jours où il n'est pas permis de célébrer la Messe *de requiem*. Les anciens décrets ne permettaient la récitation publique de l'office des morts, aux fêtes à neuf leçons, que pour remplir la volonté d'un testateur. Et même en règle générale, l'office des morts ne jouissait pas d'autres priviléges que la Messe *de requiem*. Nous avons établi ces divers points précédemment (2). Depuis, la Congrégation a modéré la rigueur de ces décisions, et elle tolère qu'on récite l'office des morts, quoique la Messe doive être célébrée conforme à l'office. Ainsi elle a décidé le 7 septembre 1850, pour le diocèse d'Astorga en Espagne : « Diebus duplicibus quibus »prohibetur Missa privata *de requiem*, licere cantare noctur»num pro defunctis, celebrando deinde Missam de die. »

Nous dirons donc, conformément à cette décision, que le curé pourra chanter l'office des morts, ou un nocturne, même les Dimanches, lorsqu'il célèbre ensuite la Messe du jour pour le fondateur, pourvu néanmoins que ce ne soit pas une fête d'une classe élevée. Nous avons donné les motifs de cette restriction dans l'article indiqué plus haut. Que si la Messe

(1) On sait que la récitation privée est toujours permise.
(2) V. 4e série p. 87.

devait être remise au lendemain, parce que le curé est tenu à la Messe paroissiale, ou à une Messe de funérailles, et ne peut trouver facilement un prêtre pour décharger la fondation, il nous paraît qu'on ferait mieux de remettre aussi l'office au même jour que la Messe. Toutefois nous ne nous prononçons pas d'une manière absolue, parce qu'il est difficile de donner en cette matière des règles fixes et tout-à-fait sûres.

BIBLIOGRAPHIE.

PLANS D'INSTRUCTIONS *sur les principaux sujets de la morale chrétienne, avec de nombreux textes choisis dans l'Ecriture Sainte et les Saints Pères, par* UN CURÉ DU DIOCÈSE DE LIÉGE. 2 vol. in-12, comprenant 850 p. Liége. Imp. de J.-G. LARDINOIS, éditeur.

Qui ne s'est plaint, ou n'a entendu les prêtres employés dans le saint ministère se plaindre de l'insuffisance, de la presque nullité même d'un grand nombre de sermonnaires? Le style en est correct, châtié, élégant; les phrases sont sonores, les périodes arrondies : mais pressez les, exprimez les idées cachées sous cette belle enveloppe, qu'y trouverez-vous? rien, ou peu de chose. Voilà ce qu'on entend répéter partout, et ce n'est pas à tort, car sauf deux ou trois recueils d'instructions, nous n'avons, en langue française, que des recueils de sermons fort peu profitables.

Un Curé de ce diocèse a voulu porter un remède au mal : aux phrases il a substitué des textes, et des choses aux mots. Ici vous n'êtes pas astreint à suivre la division et l'ordre adoptés par votre livre; vous trouvez des matériaux en abondance, et vous pouvez examiner chaque sujet sous plusieurs

points de vue. Les textes sont fort bien appliqués et c'est là, croyons-nous, un point très-important.

Nous souscrivons donc à l'approbation flatteuse qui se trouve en tête de l'ouvrage et qui est ainsi conçue :

« Ayant fait examiner un ouvrage intitulé : *Plans d'instructions*, etc., il nous a été certifié que ce recueil ne contient rien que de conforme à la doctrine de la foi et des bonnes mœurs; qu'il renferme des matériaux abondants, propres à de solides instructions, et de nombreux sujets de méditations sur les vérités de la religion et les vertus fondamentales de la vie chrétienne et sacerdotale. Nous estimons donc qu'il pourra être particulièrement utile au Clergé, et nous en permettons l'impression. »

Liége, le 6 décembre 1851.

H.-J. Jacquemotte, *Vic. Gén.*

Nous pensons que cet éloge n'a rien d'exagéré.

L'auteur a eu la modestie de ne pas s'attribuer à lui-même ce qu'il emprunte aux autres, et en cela il a rendu un grand service à ceux qui ont à leur disposition l'un ou l'autre de nos meilleurs sermonnaires, tels que Bourdaloue, Guillet, Chevassu, Billot. Les indications qu'il donne suffisent pour diriger les recherches et épargner un temps toujours précieux.

Toutefois nous signalerons en passant quelques imperfections que nous avons cru remarquer dans l'ouvrage. L'auteur en voulant éviter un défaut commun de nos jours, est tombé dans un excès contraire : il ne parle pas assez. Ainsi, en tête de ses *Plans d'instructions*, il donne un abrégé très-bien fait de la doctrine chrétienne (1). Mais il ne dit pas quel est le but de cet abrégé, ni quel rapport il a avec l'ouvrage. Les *Plans d'instructions* en sont-ils le développement, ou sont-ils tracés suivant un autre ordre d'idées? Il nous semble qu'un mot d'avertissement n'eût pas été déplacé à ce sujet.

(1) C'est à peu de chose près celui de Pouget dans ses *Institutions catholiques*.

Il nous paraît aussi que l'ordre des instructions aurait pu être plus logique, plus rationnel : sans doute les grandes divisions ne sont pas d'une grande utilité en pratique, néanmoins elles facilitent les recherches, et l'on n'est pas toujours obligé de recourir à la table des matières, pour trouver la place d'un sujet traité.

Enfin nous eussions désiré que l'auteur eût fait pour toutes les instructions ce qu'il a fait pour quelques-unes ; c'est-à-dire qu'il ne se fût pas contenté d'indiquer la division générale qu'adopte tel auteur, lorsque son plan n'a pas été suivi, mais qu'il eût donné en outre quelques subdivisions, afin de venir en aide aux prédicateurs qui n'ont pas dans leur bibliothèque les livres auxquels on renvoie.

Les observations qui précèdent n'ôtent, comme on le voit, rien au mérite de l'ouvrage, que nous ne craignons pas de recommander instamment à nos lecteurs et à leurs amis : ils ne pourront qu'en retirer un grand fruit pour eux-mêmes et pour les peuples qui leur sont confiés.

S. R. C. Decreta authentica, *editio altera*. — Sacræ liturgiæ praxis, *tomus* 2.

Nous réunissons ces deux ouvrages sous un même aperçu bibliographique, d'autant qu'ils ont le même but, savoir de ranimer le goût des études liturgiques. Le premier est destiné à donner des notions précises sur la doctrine enseignée et pratiquée à Rome ; comme aussi à terminer les controverses qui ne s'élèvent que trop souvent dans une matière si peu connue. L'autre probablement conçu dans la pensée qu'il deviendrait classique dans nos séminaires, est un résumé exact et complet de toute la science liturgique. Nous les recommandons itérativement à nos lecteurs. L'usage fréquent que nous faisons du premier montre quel parti on peut en tirer pour une foule de questions ; nous n'en parlerons pas davantage

aujourd'hui. Le second n'étant pas une simple compilation, mais un corps de doctrines, donne naturellement plus de prise à la critique et peut ne pas satisfaire au même degré tous les esprits. Nous nous bornerons toutefois pour le moment à l'examen des points dans lesquels la doctrine de l'auteur diffère de la nôtre. C'est ce que nous avons déjà fait, pour le tome premier, dans le cahier précédent.

En expliquant le titre X du Bréviaire romain, *de translatione festorum*, M. de Herdt donne les règles à suivre dans l'occurrence des fêtes, et ces règles diffèrent sensiblement de celles que nous avions tracées dans un autre endroit (1). Malgré les décrets et les raisons dont il les appuie, nous ne pensons pas que l'*ordre* et l'*extension* de ses règles soient soutenables: et en cela l'auteur sera d'accord avec nous.

Voici l'ordre des règles qu'il donne. Lorsque deux fêtes tombent le même jour, il faut préférer 1° celle d'une classe plus élevée; 2° la plus digne; 3° la plus spéciale; 4° celle d'une *qualité* supérieure; 5° la fête obligatoire; 6° celle qui emporte fériation; 7° la plus solennelle.

Or il est manifeste, d'après les termes mêmes de l'auteur, qu'il faut prendre attention à la qualité de la fête, avant de voir si elle est plus spéciale ou plus digne. La 4e règle devrait donc être la seconde, place que nous lui avions assignée. « 4a *Regula*. Occurrente festo primario et principali cum » festo secundario ejusdem ritus, festum primarium est cele- » brandum, et secundarium, *licet sit dignius aut particularius*, » est transferendum (2). » N'est-il pas évident par là que la dignité ou la spécialité de la fête ne marche qu'après la qualité de la fête? Rien donc de plus naturel que de remettre cette règle la deuxième où elle trouve logiquement sa place.

De même encore la règle que l'auteur ne donne qu'en sixième ligne doit passer avant celle qui pour lui est la troisième. Il

(1) V. *Mélanges*, 1re série, pag. 248 sq. (2e cahier, p. 121 sq.)
(2) *Sacræ liturg. praxis*, tom. II, p. 319.

suffira de citer ses propres paroles. « 6ª *Regula*. Festum quod »feriationem annexam habet, licet retineat eumdem ritum... »debet præferri festo *particularis Ecclesiæ*, nisi hoc sit »majoris ritus aut dignitatis. » Ici encore une fête spéciale, particulière, cède à une fête de même rit et dignité qui a fériation. La *fériation* passe donc avant la *spécialité* de la fête : la règle sixième doit être avancée et la troisième reculée.

